


Petrus de Riga p doctorem Joannez de Slupcza hic datus

Biblia carmine descripta

le mā Verbum mēs altissimi corporali passum est carne sumpta Ysaias cecinit
synagoga meminit nunquam tamen desinit esse ceca Si non suis vatibus credet vel gentili
bus sibillinis versibus est predicta Infelix propera credet vel vetera cur dampnaberis gens mi
sera Natum considera quem docet littera ipsum genuit puerpera Maria S' Lucam
In illo t. Erat yoseph et maria mater ihesu; mirantes super hiis que dicebantur
de illo. Et benedixit illi symeon; et dixit ad mariam matrem eius. Ecce positus
est hic in ruinam et resurrectionem multorum in israel; et in signum cui contradice
tur; Et tuam ipsius animam pertransibit gladius; ut revelentur ex multis cordi
bus cogitaciones Off' Afferentur regi virgines post eam proxime eius afferentur tibi in leticia et exulta
cione adducentur in templum regi domino Secre Muneribus nostris quesumus domine precibusque
susceptis et intercedente beata virgine maria celestibus nos munda misteriis et clementer
exaudi Com Simile est regnum celorum homini negociatori querenti bonas margaritas in
venta una preciosa margarita dedit omnia sua et comparavit eam Capl' Hec nos com
munio domine purget a crimine et intercedente beata virgine maria celestis remedii
faciat esse consortes Q

eus a quo sancta desideria recta consilia et iusta sunt opera da servis tuis illam
quam mundus dare non potest pacem ut et corda nostra mandatis tuis de
dita et hostium sublata formidine tempora sint tua protectione tranquilla P
eus qui credentes in te populos nullis sinis concuti terroribus dignare
preces et hostias dicate tibi plebis suscipere ut pax a tua pietate concessa christi
anorum fines ab omni hoste faciat esse securos P dominum
s auctor pacis et amator quem nosse vivere cui servire regnare est pro
tege ab omnibus impugnacionibus supplices tuos ut qui in defensione
tua confidimus accepto pignore salutis nullius hostilitatis arma time
desto domine supplicationibus nostris et viam
famulorum tuorum in salutis tue prosperitate dispone ut inter omnes vie amus P
et vite huius varietates tuo semper protegamur auxilio P
ropiciare domine supplicationibus nostris et has oblaciones quas tibi offerimus
pro famulis tuis benignus assume ut viam illorum et precedente gratia dirigas
et subsequente comitari digneris ut de actu atque incolumitate eorum
secundum misericordie tue presidia gaudeamus P
ua domine sperantes nos que sumpsimus sacramenta custodiant et contra
adversos tueantur incursus P

Hec michi dne medicina perpetua sit peccatorum remissio & tue pietatis optata propiciatio
ut per hec te opitulante effectus sacris misteriis dignus que de tua pietate confisus freque
tare presumo indignus. per dnm. ~~Item collecta~~ Pro se ipso missa

Supplicanter te deus pater omnipotens qui es creator omnium rerum deprecor ut dum me indignum
famulum tuum coram omnipotencia maiestatis tue graviter deliquisse fateor manum
misericordie tue michi porrigas quatenus dum hanc oblacionem tue pietati offero pro pecca
tis meis quod nequiter admisi clementissime digneris absolvere per dnm. Secreta

Deus misericordie deus pietatis deus indulgencie. indulge queso & miserere michi sacri
ficium quoque quod pietati tue humiliter offero benigne digneris suscipere ut peccata que labentibus
viciis contraxi pius & propicius indulgeas et locum penitencie ac flumina lacrimarum concesso veniam

Deus qui vivorum es salvator omnium qui ~~compl~~ a te merear delictorum per dnm. Compl

non vis mortem peccatorum nec letaris in perdicione morientium te suppliciter deprecor
ut per hec sancta que sumpsi concedas michi veniam delictorum meorum ut admissa de
fleam & flenda postmodum non admittam ut cum michi extrema dies finisque vite eve
nerit emundatum delictis omnibus me angeli sanctitatis suscipiant. Per dnm. Introitus

Vultum tuum deprecabuntur omnes De dna post natale domini
divites plebis adducentur regi virgines post eam proxime eius adducentur
tibi in leticia et exultatione ps Eructavit cor meum Collecta Deus qui salutis
eterne beate marie virginitate fecunda humano generi premia prestitisti tribue
quesumus: ut ipsam pro nobis intercedere senciamus per quam meruimus
auctorem vite suscipere. dnm nrm. Lectio epistole beati pauli ad galatas. ad gal

Fratres. Quanto tempore heres parvulus est. nichil differt a servo
cum sit dominus omnium. sed sub tutoribus & actoribus est usque ad
prefinitum tempus a patre. Ita & nos cum essemus parvuli. sub elemen
tis mundi eramus servientes. At ubi venit plenitudo temporis:
misit deus filium suum natum ex muliere factum sub lege. ut eos qui
sub lege erant redimeret ut adopcionem filiorum reciperemus. Quoniam au
tem estis filii dei. misit deus spiritum filii sui in corda vestra clamantem
abba pater. Itaque non est servus sed filius. Quod si filius & heres per deum

Diffusa est gratia in labiis tuis propterea benedixit te deus in eternum. V. Propter
veritatem & mansuetudinem & iusticiam & deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluia V.
Post partum virgo inviolata permansisti dei genitrix intercede pro nobis. Prosa. Letabun
dus exultet fidelis chorus alleluia. Regem regum intacta profudit thorus res miranda
Angelus consilii natus est de virgine sol de stella. Sol occasum nesciens stella autem
rutilans semper clara. Sicut sydus radium profert virgo filium pari forma. Neque
sydus radio neque virgo filio fit corrupta. Cedrus alta lybani conformatur ysopo val

Incipit prologus magistri Egidii qui hunc librum
scripsit et suppletiones de suo apposuit
et ubicumque invenitur obelus inter duo
puncta per totum librum ibi sunt
dicta et versus eiusdem libri

Incipit petrus de riga

Fraterne caritatis quasi quandam
sapit dulcedinem cum in domo
iacet quis cogitatum suum exco q'
ex deo in se hauserit condire ani
mos illorum proposuitque ethnicorum
deliramenta seu eciam quibus in
gis tantum oculis et auribus hominum
pia emulacione emulari et ex
quibus et profectus morum et salus eveniat animarum
Deo pio utique laudabili voto pensat quicumque eiusdem
caritatis comparticeps congratulandum est princi
pis editori, sed et propter cantaudos libet prosequendo
aliquid intuisse hoc ipsum quod diximus intueri

Prologus magistri Egidii consistit de commendacione huius libri

Plauge pauca libet veteris caris lpus, et ipsum
laude vel herili magnificare librum.
Hic ea theca panis sublata farina
hebreo populo de pharaonis humo
Hic illud missum de celo manna saporis
Omnem gustandi quod sapit ore cibum
Omne quasi sapiens epulum, quia continet omnem
Munedi formam, consilii que modum
Ut bremius aurum, per singula premicet auro
In precio, soli luce, sapore, favo.
Hic facit humano generi quod sol facit orbi
Sol terre lucet, luce cor iste replet
Fons est ortorum, puteus vel abyssus aquarum
Riuus potus alit pectora corda rigat
Pascua celestis, celaria regia, celum.
Tot signis fulgens quot sacincta tegens
Poma nova et vetera que sposo sposa reservat
Poma sub inculto cortice grata minus

Hic calamus scribe subito scribentis / hic arca
Rem curatus voluere corda ferit
Hic rota sine rote / quarum ut mare visio mira
In medio que rote fertur messe rota
Quatuor hijs facies / species est una / levatur
Stant vel eunt prout habet spiritus intro regit
Hic liber in dextra regnantis / scriptus et intus
Et foris / intus hijs mistica / plana foris
Que comedes quasi mel fore / scribit ezechiel / inquo
Lamenta et carmine ve quoque scripta refert
Hic moisi facies que velo tecta / videri
Non valet / at cristi luce retecta patet
Per moisen tipico / per xpm sanguine vero /
Hic liber aspersus / rex que tipum que gerit
Lex nova / res antiqua / tipus diffusior / illa
Hec brevior / retegit ista / quod illa tegit
Unum que rei testis que res extat altissima abissi
Invocat / utraque lex nomine abissus habet
Sic brevitate libri gemine claudunt altissi
Utraque magna minus / illis utraque capit
Iugiter hanc legere / meditari / inquirere / nosse
Quod nisi celesti luce cibo que frui

Nota quod ad omnes bonos usus utilis est sacra pagina

Omnis quidem scriptura divinitus inspirata Paulo attestante utilis est ad multa / Utilis enim est ad docendum / ad arguendum / ad increpandum et ad erudiendum / Ad docendum nescientes / ad arguendum de malo negligentes / ad increpandum in malo persistentes / ad erudiendum rudes id est docere insipientes. Omnis enim scriptura cuius deus auctor est. continet in se precepta. et prohibitiones / comminationibus terret / et allicit promissis / Precipit enim bonum. et prohibet malum. comminatur penam et promittit gloriam. Cum itaque opus quod pre manibus habemus predictam multiplicem in se continuat utilitatem / et de medio motum emanet venire nulli dubium debet / quin dignum censeatur diligenti expositione / et approbate lectionis frequentatione. Cesset igitur emulus faucibus invidie agitatus. fumo livoris / opus hoc offuscare. quiescat lingua detractoris oblatrare

Cuius intentio est diminuere magnum, dissimu-
lare verum, et pervertere bonum, legat itaque auctorem,
contempnat, intelligat, perpensum dampnet, inveniet
quod possit approbare vel etiam invitus debeat
sustinere. Porro et hii obmutescant, qui etiam fig-
menta poetarum et precantorum nenias dissipantes.
tempora sua in nugis viciata consumunt de mulsione
qui Sirenicas meretriculas, et Sirenes usque ad
exitium dulces contant lectitant, sacre pagine
execrantes lectionem et de siliquis porcorum satia-
ri cupientes in muliere Emorroissa fluxum
sanguinis patiente in medicos nil salutis confe-
rentes, totam substantiam suam, tam viles manent quam
insipientes expendant. Accedat igitur parvulus ad
huius libri lectionem, quia in ea inveniet lac pue-
rorum. Accedat et perfectus quia in ea inveniet cibum
solidum. Ita tamen quod ille prius simpliciora legat al-
tiora, iste simpliciora pertranseat ne misteriorum dig-
nitas ut fieri potest minoretur si parvulis committentur.
Sed et hic qui maturi et intelligentes sunt, pru-
dentes hinc et illinc versent et se in sublimibus
amplius refocillent. Accedat subtilis et ingeniosus
et studiosus quia reperiet unde possit et debeat
suum ingenium exercere. Non dedignetur etiam
fastidiosus auditor, quia novitas favorabilis
et multis auribus exsufflabit fastidium, et ame-
na diversitas audiendi quasi provocabit appeti-
tum. Quod enim Moyses legislator in penta-
teuco suo diffuse scripsit et confuse, in hoc opere
ampla brevitate et brevi amplitudine invenitur
consummatum, plane et plene historiam seriatim
proponit et de umbra litere rerum veritatem et
allegorie elicit subtilitatem. Ad morum etiam infor-
mationem vel moralitatis suavitate querit.
eliciens nucleum de testa, mel de cera, lumen
de fimo, oleum de saxo durissimo, et vinum de
acino. Est autem historia quasi quidam testis temporum,
lux veritatis, magistra vite, vita memorie,

Allegoria

nuria vetustat. Allegoria est misticus sensus
qui fit in littera de christo et de ecclesia. Cuncta vero
allegorie species est anagoge. Inter hanc autem et
illam distinguitur, quod allegoria dicitur misticus sermo
sensus pertinens ad ecclesiam militantem. Anagoge
vero misticus sensus pertinens ad ecclesiam triumphantem

Tropologia

vel dei veritatem vel dei trinitatem. Tropologia
est sermo conversus ad edificationem anime et bono-
rum morum informationem. Illa prima planior est
Illa media acutior. Illa ultima suavior et
dulcior. In prima rerum que geste sunt, ita ut
geste sunt vel secundum quod geste sunt fit narratio
Unde et dicitur hystoria ab hystorion grece
quod est gesticulatio. Unde etiam ab illo hystorion
dicitur hystrio qui gesticulator est id est gestuum
reputator. In illa media scilicet in allegoria fit
de uno ad aliud sermonis transsumptio. Unde etiam
dicitur allegoria ab alleon greco quod est alienum
et gore quod est locutio quasi aliena locutio
vel de uno ad aliud locutio. Eadem autem est
anagoge nisi quod anagoge dicitur locutio que fit
de terrenis, sed per terrena dat intelligere celestia
vel terrena. ut in verbis apostoli Ierusalem que sursum
est que est ~~mater~~ mater nostra. Sic etiam loquitur tanquam
de terrena Ierusalem et intelligit ecclesiam triumphantem
Unde etiam anagoge dicitur ab ana quod est sur-
sum et goge vel gogos quod est ductio id est
ab istis terrenis ad illa que sursum sunt ductio
In ultima scilicet tropologia de literali sensu
ad docendos mores convertitur sermo. Unde et dicitur
Tropologia quasi conversus sermo vel sermonis con-
versio, a tropos quod est conversio et logos quod
est sermo. Est itaque hystoria quod David occidit
Goliam. Allegoria quod christus occidit dyabolum.
Tropologia quod humilitas occidit superbiam. Non-
dum etiam quod sumitur allegoria multis modis
quandoque a persona ut Ysaac significat christum, quandoque
a re que non est persona ut aries occisus signifi-
cat carnem christi passam, ideo a re que non est
persona. Est enim persona rationalis nature individua.

sub a / quedam sumuntur a loco ut xpistus predicaturus
ascendit in montem / eminencia loci significat
nature excellenciam xpisti et sapientiam / quedam a numero
ut apprehenderunt septem mulieres virum unum
idest septem dona gratiarum xpistum hominem /
quedam a tempore ut in Evangelio Orate ne sit fu-
ga vestra in hyeme idest in gelicidio caritatis /
quedam a facto ut interfectio Golie a David ad in-
terfectionem dyaboli a xpisto

Hic ostendit quod divini libri sunt
libenter audiendi scilicet in metris

Nil homini melius quam si divina legendo
Effugat ibi vitam quo sibi vita fluit
Vita fides quia quibus ad vite dona venitur
Non nisi divinis sacitur messe libris
Libros ergo lege quibus instar pascua vite
Congestos pariter nos cepit iste liber
Felix qui sitit hoc / et eodem fonte saporem
Attrahit / ut vita condiat inde suam
Nam nisi sic sapiat / sapiente non puto / quando
Nil sibi quod didicit codice / corde sapit
Cui studet hic vel propter opes / vel propter honores
Non sapit / sit prorsus a sapiente procul
Spretor opum sapiens / opus eius cultus honesti
Pax hominum fructus / gloria finis erit
Non nisi propter se vult se sapientia queri
Cum colit hanc audi / que metet inde bona /
Purior affectus / sensus fit clarior / et mens
Liberior mundo / carne quia pressa minus
Lectio iugis alit virtutes lucida reddit
Lumina / declarat noxia / vana fugit /

Hic proponit autor de quo velit agere

Inicium mundi / quales ab origine prima
Traxit ab artificis conditione vices /
Que fabrice cepta dedit / que semina rerum
Esse / creatorum minus / opus quia dei
Cosmographo moise michi predice carminis huius
Est animi motus commemorare mei
Huius ad hec puteri velut exuderator / in altum
Ad tipica sensus vim penetrare volo
Sit quia figuralis misteria clausa sigillo
Sensibus historiis elicitarus ero

Nec quasi nil operer seu vana que ocia sector
Ridiculo deuit seria nostra legi
Credo super vacuo non indulgere labori
Credo lectori, credo valere michi
Consona tam cum sint fidei, nostre que saluti,
Hec ego non alio ducor amore loqui.
Hiis ego fraternum meriti michi venor amorem
Hiis ego munificum venor habere deum
Da tua scripta deus ut prosequar ore fideli
Et sit sermo tuus, vatis in ore tui
Tu gressus dispone meos, tu pectus adauge
Tu sensus aperi tu plue verba michi
Porro sit hic metam, qui se fidei profitetur
Esse receptorem, cristicolamque tuum
Mitologi cedant, nec apud gignasia vatum
Hec habeant primum precipuumque locum
Hic etenim figens oculos, simul ista videbit
Gramaticos apices, eloquiumque sacrum
Hic adhibens studium inter genus omne latinum
Discendi inveniet, eliciet que modum
Ergo poetarum postponens dicta canora
Hec tibi proposui turba scolaris ama
Hec tibi magna seges, ut que semel inspicis, et si
Primum discedas, post ea nemo neget
Sustineas igitur et me procedere fas sit
Si fieri possit invide parce tua
Nam nichil efficiens ubi tot tutoribus uti
Spero, quod esset opus, claudere labra tibi
Hec ubi premisi iam nunc directa videto
Lector, et hec vigili primitus ante nota

Quomodo sit intelligendum In principio creavit

In principio creavit etc. Magister librum suum incho-
at ab illo qui est principium et fundamentum
tocius boni dicens In principio creavit etc. Notate
in structuram mundialis machine tria fecit deus
Primo creavit, 2o disposuit, 3o ornavit, videlicet
solum celum angelis, aerem volucribus, aquam
piscibus, terram hominibus et bestiis. Et propterea or-
nata mobilia, Arbores enim et herbe non sunt

ornatq / quia sint immobilia ffecit etiaz dus me
talit / quia ab eterno providit in mente Vnde
illud Quod fctm est in illo vita erat i. vivebat
Et alibi Ipse erat oia in omnibq Materialit qz
ipse maz omn rerum fecit ut celu et tiam
Actualit qz res in actu pduxit his visis pceda
ad ltaz In principio creavit deq celu et traz qtines
p qtento celu sz Empireu et angelicam natuaz
traz i. maz om corporz idest quatuor elementorz
Cur at pmo ponat celu in hc loco et alibi inveni
atur terra Vt ibi Inicio tu dne traz fundasti
Dicendu est quod ea que simul fcta sut simul dici
non pnt creavit i. de nichilo fecit / et h elidit
errores platonis et Aristotilis plato dicit tria
esse principia / deu hyle / et ydeam hyle e pmor
dialis materia / Idea forma Deus aut hyle
tribuit et qz libz foraz / et sic opando oia fecit A
ristotiles dicit duo esse Inane et athomos Epi
curus duo / mdu et opificez / hos errores elidit
Moises solo vo dicens In principio i. in filio et
per filiu i. p sapiaz ffilius em est pris sapia
et pater oia opatur p filiu / vel in principio
tpis / coequeva em sunt mudq et tpus vel in
principio om rerum fecit deq celu et traz // Prologq

mgri petri rige vel qui dictq est Riga

FRequens sodaliu meorz petitio cu quibq con
versando flores infancie exegi vt libru
pentateuchi moisi stilo metrico describerez
et inde allegorias aliquas eliciens instaurer
psvasit Ad hanc fateor petitioz animq meq i
dubiu pependit metq an scriberet an imitesceret
Vires siquidz ingenij tanto opi minime suffice
qsideravi / sed alia de pte petitioni sodaliu ob
viare formidabaz Neqz em fas erat offende
illos cu quibq in scolis ab infancia sui qversatq
Cu quibq gramatice libros pervri / ciceronis flo
res aureos legi et elegi laberintu Aristotilis
no filo dedali duce / sz filio dei ducente introivi
aliqntulu inspexi / non tn penitq introivi / tandz
et sapie que de deo est penetrale pfundius /

ceteris valefaciens / adire magis et in eo quiescere
putavi. Assidua igitur sociorum prece / aut potius fra-
terna caritate demolitus / opus inutile arripui
cogitans historias predicti voluminis versibus texere / stu-
dens quod de ipsa litera aliquas allegorias elicere tan-
quam nucleum de testa, granum de palea / mel de cera
ignem de fumo / medullam de osse / vinum de acino
oleum de saxo durissimo / lucidum de abysso / rivulum
de fonte / flumen de puteo / gemmam quoque preciosissimam
de adamante. In quo opere ita studium desudavit / ut
ibi videas quasi quandam consonantiam concordare sibi-
met Christi margaritam cum Moysi adamante / flores
ecclesie cum herbis synagoge / aurum christianorum cum
cupro iudeorum / legem novam cum lege antiqua / molam
cum mola / rotam cum rota. Porro visum est et
nichil huic libro iuxta operis tenorem / hoc nomen
congruentius imponere Aurora / nec immerito. Sicut
enim aurora noctis terminum imponit principiumque
diei adesse testatur / sic et liber iste tenebras
umbrarum et veteris legis obscuritatem discudens
veritatis fulgore / et allegoriarum scintillis emi-
cantibus totus refulgurat / Vel ideo certe tam clari
nominis maiestate pagina hec insigniri / quia
sicut Angelus teste historia post quam per totam / post
luctamen nocturnam ad Jacob locutus est dicens
Dimitte me aurora est / sic et ego / post luctamen
et laborem nocturnum quem in hoc opere exercui
quodam modo librum meum allocutus sum verbis
eiusmodi dicens / Dimitte me aurora est /
quasi dicatur / finem huic operi impono quia
figuras et umbras historie explicui et verita-
tis fulgor patenter illuxit

Scire cupis lector quibus codicis istius auctor /
Audi quid breviter dicat ac iste liber /
Petrus et Egidius me conspexere / sed ille ~~auctor~~
Auctor / collector ultimus iste fuit / corrector
Ille prior remis / hic parisiensis alumpnus /
Ille levita gradu / presbiter iste manens /
Simplex clericus hic / sacer ordinis iste professor /

Ambo graves annis / hic vir, et ille senex /
Alter adimplevit opa[m] / s[ed] in ordine peccavit
Omnia dimisit sensibus nec vagis /
Alter a[n]te sc[ri]ptura distinctis versibus unu[m]
Consuit in corpus / alt[er] revixit opus /
Alter abundat studiis / s[ed] acutior alter

Sequit[ur] p[ro]hemium aut narratio

His ita dictis ad sequentia transeamus / a vete-
ra[m] [con]sentientib[us] in texendo veteru[m] sc[ri]pt[ur]is vete-
rib[us] / nos nova novor[um] legentes op[er]a /
Nomis nos lectionib[us] invenimus / p[ro]sequar ig[itur]
diligent[er] ea que faciu[n]t ad elucidatio[n]e[m] sc[ri]pt[ur]ar[um]
breviter exponendo / Superva[cuu]m enim est, si plura
sunt ex[?]isse[n]t adhuc / plura plurib[us] sup[er]adde[re]
q[uo]m p[ro]pter [pro]lixitate[m] possu[m] vel ipso[rum] legentiu[m]
vel ipso[rum] audientiu[m] a[n]i[m]os on[er]are Cu[m] itaq[ue]
sicut in seque[n]tib[us] apparebit / alius fuerit qui
hu[n]c libru[m] edidit, alius qui quasda[m] suppletio-
nes de suo apposuit / videndu[m] est, que fuit
p[er]sone cui[us]de[m] In p[ri]mis dicimus q[uod] quida[m]
Canonic[us] Regularis / s[an]c[t]i Dionisii de Carcere
Remensis petr[us] nomi[n]e, Riga cognomi[n]e, licet
de mediocri parentela oriund[us], tu[m] mor[um] ho-
nestate p[re]dit[us], clar[us] ingenio, doct[us] eloq[ui]o,
liberaliu[m] artiu[m] feliciter erudit[us] / fuit aut[em] ta[n]te
sapie[ntie]. vt de eo v[er]e dici possit / Currit ad
vocem iocu[n]dam et carmine amico / historie / lectio[n]e
leta q[ue] [con]ficiat versib[us] urbem Tanta ergo vir hu[n]c
libru[m] edidit / s[ecundu]m in quib[us]da[m] ordine[m] p[re]termi-
sit Aut quide[m] brevitatis amator / aut tediu[m]
vitans / aut ad fine[m] sui laboris accelerans / q[uo]d
diligencius intuens Magister quida[m] Egidius
nomi[n]e libro isti / illud quod de facili potuit
apponi / adiecit. Et in quibusda[m] v[er]sib[us] et ru-
bricis hoc opus emendavit Et si aliq[ui]s loquit[ur]
q[uod] hoc ip[su]m autori debuit reservari, vt qui
fuerat editor idem esset et corrector / Cria[t]
illi, q[uod] h[oc] f[ac]t[u]m fuisset si is qui hu[n]c libru[m] edi-
dit hoc facere voluisset, cu[m] labori se subtrax[it]
Et statim p[ost] editio[n]em libru[m] istu[m] p[ro]mulgavit

Ceterum ut ita sit / attenuas vitam exemplis / sicut olym factum videmus / quando Esdras psalmos David aliter quam ordinati fuerunt ordinavit et titulos de suo apposuit / His itaque visis videamus que sit materia / que autoris intencio que causa suscepti operis / que utilitas / quis titulus / Materia autoris est historie execucio in hoc opere a prima mundi origine tractans res veteris testamenti quas Moises / et alii sequentes Moisen tamquam prophete descripserunt / Intencio autoris est in hoc opere historiarum visibus texere / deinde extra literam quasdam allegorias eligere / tamquam nucleum de testa granum de palea mel de cera ut supra / Causa suscepti operis duplex est Communis et privata / privata ut fratres suos minus peritos in sacra pagina instruat / ita quod ex eius doctrina morum veniat disciplina et insuper salus animarum / Communis ut legentes hunc librum / vocum exornet floribus mellito pascat eloquio / et scintillis illuminet sciencia(rum) ethnicorum deliramentis penitus obscuratos / Utilitas est virtutum plantacio / misteriorum revelacio novi veterisque testamenti cognicio / Titulus talis est / incipit Aurora vos qui libri compositor quis sim me percipe lector

Petrus Riga vocor cui Christus petra rigat cor
Dulcius ut saperet modulata condita metri
Incipit hic Rige bibliotheca Petri /

Epilogus brevis ad quem sequitur narracio

PRimo facta die duo celum terra leguntur /
Fit firmamenti spera sequente die /
Tercia prebet aquarum pelago / dat germina terre
Stellarum speculo quarta nitere datur /
Quinta dies pisces et aves produxit ad ortum
Sub sexta fit homo / septima complet opus

Execucio propositi primo de tempore prime diei

PRincipio celum terram que creasse refertur /
Qui sine principio qui sine fine manet
Ex nichilo non ex aliquo / simul omnia fecit /
Non tamen effigiat cuncta creata simul /

Quod careat formis / et non habitetur inane
Et vacuam terram / pagina sacra refert /
Non ita de celo scriptum legis / ut sit inane /
Quod replet angelicum vitam / et ornat honor /
Accipe tu celo celestia queque creari
Ethereas species angelicique decus
Materiam de qua terrestria singula surgunt
Terra tulit celum / quando creata fuit /
Quod predicta notat / prudens intellige lector
Nam quasi de petra · suggero mella tibi
Principium jhesus est · celum creat actor in isto /
Per quem celestes efficit esse viros /
Terra prius vacua / notat ecclesiam sine fructu
Donec xpistus adest · et sibi iungit eam /
Cuius in adventu datur ecclesie noua proles
Nam breuius aut nullus ad bona fructus erat /
Scripture tenebras caligo figurat abyssi /
Mystica scripta quidem clausa fuere diu /
Sed veniente ihesu reserantur scripta beati
Neuma superferri quod memoratur aquis
Hinc merito sequitur quod facta luce recedunt
Et fugiunt tenebre / lucida terra patet
Nempe sacri flatus reseratur claue nigra
Quodquid scripture ianua sacra tenet /
Lux notat a tenebris diuisa / quod a tenebrosis
Distinguat vicijs / lucida facta bonus /

De opere secunde diei videlicet firmamento

Facta dei iussu duo firmamenta probabis /
Quem in firmo sensu scripta notare velis /
Primum / quod voluit ascendere lucifer ortus
Inane / secundus in quo sydera fixa micant
Quodlibet illorum celesti nomine fulget /
Illud et hoc celum / pagina sacra vocat /
Ciuibus angelicis ornari creditur illud /
Asummis ymas diuidit istud aquas /
Firmamenta duo · duo testamenta figurant
Lex vetus est primum lex noua xpiste secundus /
Et firmamentum quod aquas distinguit abyssus
Summas / sunt firmi mente fide que viri /
Quem firmi sensu firmat sermone minores
Et modo summa tonat / et modo parua sonat

Rerum quasi sunt celi / dum celi mistica multa
Celant / et retegunt / tempore quamque suo / De opere tercie
diei de separacione terre ab aquis etc.

Arida detegitur iussu factoris in ymum
Rerum sub celo sunt ut redigantur aque /
Arida qua legimus terram demonstrat aquarum
Nomina significat / flumina stagna mare /
Hos latices vel aquas suscepit abyssus ab illa
Emanant fontes exiliuntque foras /
In lapsu quorum sic terra rigatur ut inde
Fertilis existat / non sit operta tamen /
Vendicat inde sibi nomen mare quod sit amarum
Terra sonat quod eam sepe colendo teramus
Vel quia terra stat / est aqua mobilis ignis et aer
Agricola terion nomen habere potest
Est stacio terion / elementa que cetera non stat
Terra ymmota manet / hinc ea nomen habet
Arida dicta prius / post terre nomen adepta
Ecclesiam signat / quia mala multa terunt
Caruit illa prius / quia fructum non dabat ullum
Que modo fructificat / dum paciens agit /
Terra redundat aquis / scripturis ista / sed inde
Terre fertilitas hinc bona multa fluat
Diversa est scriptura / sapor diversus aquarum
Est aqua que dulcet / est et amara manens
Aspera precepta merito mare / signant amarum
Flumina dulcis aque / dulcia iussa notant
Aspera sunt gravium tormenta minando malignis
Dulcia spondendo premia leta bonis
Fert virides herbas / fert ligna ferencia fructum
Fert varios flores terra iubente deo /
Ecclesiam sanctam designat terra / fidelem
Ac humilem populum devotat herba virens
Germina lignorum / doctorum dogmata signant /
Rerum fructus referunt / dum sacra verba serunt
Illi quos varius virtutum splendor honorat
Sunt viole / sunt et lilia / sunt que rose
Sunt viole quia sunt humiles / sunt lilia casto
Corpore degentes / sunt paciendo rose
Vespere quoque diem legimus cum mane peracti
In se doctrine pondus utrumque gerit
Post vite finem quia vespera fiet iniquis

Cu tenebrascet eis nox sine fine manens
Mane qz ppetuu dabitur splendescere iusti
Cu rídebit eis lux sine fine micans
De opibg qrte diei de sole et luna
Ut sint in signu pluuiarz sine serem
Sol et luna duo lumia magna micant
Noctez sine diez distingwnt hec duo sunt
Nota p hec am tpa signa dies
Edidit in signu pluuie dat atz serem
Vt facit qrto lumia magna die
hec duo sut pter stellas sol luna vocatur
Nox luci nocti qz dies succedit et anni
hec duo dat noctes ista dat ille dies
Tpa signa manent nota pstita duo
Premissis estas est attendenda sereno
Per pluuias pluuijs feda nota hyemis
hec qz sint vicino ul nl sole remoto
Nominis alternas expergedo vices
Sol not ecclesiaz sinagoga luna signat
Vel sol esse pt lex noua luna vetus
Nullu luna iubar sine solis lumine pfert
Nil podesse pt lex vetz absqz noua
Vel sol doctores platos luna minores
Signat qui spargut lumine in orbe sinu
Mox ut pfruitur luci sol cerens orbis
Et lumine speculo nox radiata nitet
Tanqz candelis no sic ardentibg astris
Inmiuis celi spera nitera datur
Vel sol est xristus et lux que sole relucet
Ecclesiaz signat ecclesie vc fidem
Pfruitur luci sol cerens orbis ab illo
lux nitet a xpo sit radiosa fides
Sic sol luci sic no sine lumine nocti
Presidet et nocte luna nitere facit
Nox pus vita est vbi pmanet absqz nitore
Ecclesie qmsqs pmanet absqz fide
Sic etiaz emicz designat luna qd ut sit
hoc in simplicibg qmsqs hic pt
Ecclesiaz statuit hmiles quos luna signat
Tanqz in planet que magis yma tenet
Cuiq et hic modg est qz qnto a sole recedit
longius apparet maior et ampla magis

Sic quo quis sibi conspectior esse videtur /
Plus a iusticie sole remotus abest /
Rursum quo soli plus vicinatur eo plus
Incipit arctari / vix quod videnda latet
Quo sibi quis minor est / tanto vicinior ipse
Soli iusticie / proximior que manet /
Rursum in decursu sub luce luna relucet
Quando extremo est / vespere lumen habet
Mane etas prima est tanquam in mane diei
Sunt ergo qui sunt incipiente sitim /
Et qui in principio vite bonitate coruscat /
Sepe in defectu tendere cernis eos /
Qualiter et sibi tunc defectu ingruit infert
Quando sub luce luna nitere solet /
Gracior est luna que in extremo resumit /
Quam cum in defectu defluit ipsa suo /
Cernitur ideo quando innotescere debet
Crescens luna que tunc luce recente nitet
Laudandus magis est qui in vite vespere sit quam
Ut non desinat incipit esse bonus
Sera quod quod bonitas melior sit / non quia sera /
Sed quia plus dura roris ad instar hyems
Nos matutinus solis spectatur ad estum
De vespertino cernitur esse serus
Sic multorum calido de vario tollitur evo /
Nunc seris annis incipit illa manet /
Cum nox et lune non soli luce / sed ipsis
Astrorum speculis / celica spera nitet
Astra signat iustos qui qualitercumque nitorem
Dant propriis iuxta posse modum que suum

De operibus quite dici de piscibus et volucribus

Pisces et volucres quorum sub luce creantur /
Materie ex una prodit utrumque genus
Emittit aves emittit pisces aqua mi- ad ortum
Piscis aquis remanet ales ad astra volat
Assimilat piscem quem sermo doctrinis inescans
Tollit / et ad vite secula mittit
Assimilat volucrem qui corde levatus ab ymis
In contemplando querit ad alta deum
Ille nil ille bonus / sed iam misteria mutat
Dispar conditio / dissimilis que modus /

: Sepe vocat minimos magnu signat q3 tirannos
Qm in psalmis xpi vi dominante premunt
Cete notat reges / qui magna negocia curant
Quos mdanq apex indicat esse graues /
Fusa sup pisces et aues benedictio / tantum
Profuit ut crescant / pmaneat q3 modo /
De opere sexte diei de animantibus
Sexta luce deus cu ligna creasset et herbas
Omnia que tulerat ternus ante dies /
Post pisces volucres pecudes formant et omne
Reptile / pmissis ut dominetur homo
Cetera cu iubeat / hoiem solu facit auctor
Ut quid sit homo dignus honore sciat /
Os pecori pronum est / stat surgens vultus in isto
Respicit illud humum suspicit iste polum
Splendet in hoc solo pure deitatis ymago
Cetera diuini no meruere decus /
Sit quod opus fuerat aiali primitus omni /
Est aial factum post operante deo /
Post varijs tamen animalia subditur istud /
Quod racione viget ut dicitur eis /
Sed qui sit tardus potes hinc fortasse moveri /
Et uel corde tacens obicias inde michi
Si bona tot pter hominis formantur honorem
Cur aduersa ei tot nociua vigent /
Multa nocent homini mala / tigris aper q3 leo q3
Morsu tigris / aper dentibus / ungue leo /
Hinc lupus insidias / hic virus vippera fundes
Hinc mordendo pulex / hic stimulando culex
Cui sit oppoinis michi solu suscipe verbum /
Et poterit solui questio facta michi /
Factus homo no est factori subditus / ergo
Non debent hoiem cetera iura sequi
Naturam consumat homo et si perdidit vsum
Et quasi maiorem cuncta verentur eum
Dicendum est quibus hic adiuv uel quo factus /
Ut sibi subijceret cetera iure suo
De formacione primi hominis sequitur
His factis / hoiem faciamus ymagine nostri
Consilium siterz gditor unus ait /
Omnis aque piscis / auis omnis / bestia terre
Quicquid / omne quod est reptile / subsit ei /

Cum dicit dicat faciamus, nemo legendo
Inveniet, non hoc pagina sacra refert
Nec si spiritibus affirmes dicta supernis
Plures non unus ergo creator erit
Sed persona triplex auctore notatur in uno
Cum maneat simplex in dei trine
Divine custos non lesor ymaginis extat
Cum non peccat homo qui ratione viget
Et quis homo melius hac splendet ymagine Christo
In cuius mundo non fuit ore dolus
Cum mare cum celum cum terre machina sint
Arbitrio cuius cuncta sub aqua iacent
In sanctis etiam splendescit ymaginis eius
Gratia qui puro corde sequuntur eum
Esse maris pisces subiectos dicimus istos
Cum plebs lota sacro fonte ministrat eis
Subiecte volucres sunt cum famulantur eisdem
Illi quos aliquis scientia ad alta levat
Subdita dicitur hiis diverse bestia terre
Aut ferus aut simplex cum famulatur eis
Reptile subicitur cum prestat eis famulatum
Cum terram sapiens terrena proiciens amat
Hiis quia creatura famulatur habetur ab omni
Cum deseruit ei sexus uterque simul
Nam iubente deo sunt mas et femina facti
Fortia mas mulier mollia facta notat
Crescite dicitur hiis et multum reddite fructum
Pertinet ad mores ista loquela bonos
Dicitur hiis terram replete nota tibi dictum
Plenus in ecclesia fructibus esto bonis
Conditor eternus vidit quod erat bona valde
Omnia que fecit nil quod fuisse mali
÷ Sed dices quid id est quod dicitur omne creatum
÷ Valde sub sexta luce fuisse bonum
Si bona sunt valde quecumque fuere creata
Quo latuit sathanas pestifer ille loco
Nonne die quo conditus est mala velle cepit
Amisit quia deum, dum deus esse cupit
Nonne fuit malus ergo sathan quodcumque creatum
Dicitur esse bonum qualiter ergo vocas

Soluo quod oppons peccando sathan malis extat
Sz tamen existit conditione bonum

De completo operum septime diei

P Ersenos operata dies deitas opus implens
Septena voluit luce quieta frui
Sex putant signare dies sex secula mundi
In quibus est operans ille creator adhuc
Luce septena diem venturam denotat in quo
Sol sine nube micat et sine nocte dies
Hec tamen vna dies multorum noia vincens
Luce micans nubis nescia fine carens
Istam mire dei benedictio sancta venustat
Eternam stabilem reddit fine carere facit
Tunc sol fulgoris septemplicis igne nitescet
Et lune species emula solis erit

Quod inspirauit homini spiraculum vite

D E limo surgit hominis formatio limum
Diuine spem carnis habere nota
Per se de limo nil vtile surgit et ex se
Nil habet in nobis vtile nostra caro
Hac in carne dei est tristis spiritus inquit
Donec passurus et moriturus ero
Nec caro surrexit per se nec ad infera per se
Descendens aiam regrediens que fuit
Immo quod infernus aiam retinere nequiuit
Et caro surrexit numinis egit opus
Ex limo rursus illa est operatio carnis
Virginis intacte genuit iste modus
Nescit opus limus sic xpm enixa virile
Non agnouit opus illa beata caro
Ergo de limo fit homo de virginis aluo
Carnem xpus habz que quasi terra fuit
Invisit limum sic et ceu glutine quodam
Invisibilis aiam detinet ista caro
Nascendi triplicem perpende modum sine matre
Et patre de terra primus habetur homo
De que viri costa tanquam ex patre matre carendo
Nascitur ex solo quam fit Eva viro
Sic apamella reperitur origine mundi
In primis patribus ortus vtroque modo
Prec quinem quo degustante gemello
Nascat et perdit omnibus vbique caro

Tercia restabat species alteriusque viro
Membrorum sumpto more futura suo /
Debuit ergo sequi species quoque tercia que sit
In cristo per quem fit novus omnis homo /
Et hinc postremum est rerum renovamine / quorum
In novitate prius prima fuere duo /
Hunc si compesces recte decuisse sequelam
Esse recte recognosces posteriore modo /
Contra naturam quod id esse reclamat hebreus
Contra naturam sunt quoque prima duo /
Nam contra et supra voluit deus hec operari /
Ut possit sciri quod dominetur ei /
Nam dominans aliter esse naturam decet quam
Parens / si contra haud nil ageretur ei /
Nec tamen hoc contra naturam est cunctis et hoc est
Viribus in naturis omnia posse deum /
Et duo prima quidem par protulit actio / quorum
Autorem nullus ambigit esse deum /
Ut vero eius fore prodiret tercius actus
Hunc non deficeret si foret equa fides /
Et nos inducit hoc ipsum credere / primus
Intuitu proprie conditionis homo /
Ut sine coitu sicut fuit alter ab illo
Hunc neque coitu proderet esse homo
Vite spiramen deus huic immisit / ut esset
Vivens et spirans et racione vigens
Hoc habet hic sensus opifex animam dedit illi
Hunc nova fit pater non deitatis huius

De quem- cuncta sex etatum cum operibus sex dierum etc.

Sex videt etates sex respondere diebus /
Omni recto sensit quisque notare potest
Incipiens ab adam quem plasmat deus / etas
Ad noe transcendit prima / sequens ad abram /
Ad david extendit etas se tercia / quarta
Ad transmigrantes in babilonia fuit /
Cursu quinta facit christi veniente ad ortum /
Ad mundi finem currere sexta parat /
Claudit in requie sanctorum septima / cuius
Claudere fulgorem vespera nulla potest /

Omnis latitat sensus in sex etatibus illis /
Depinget breuiter litera nostra tibi
Et factum est vespere et mane dies unus
Primo facta die lux est etate priore
Est factus tamquam lux noua primus homo
Diuidit a tenebris illud luce deus / istac
A primis illos qui bonitate micant /
In nocte malos deus ultima submersit in unda
Sed noe non periit nec periere sui
Istius etatis fit tamquam vespere tempus Dies
Diluuium terram cum sepeliunt aqua / secundus
Porro secunda dies firmamenti creat orbem
Primas a summis diuidit illud aquas /
Est archam noe disponens etate secunda
Equoris ac pluuie que natat inter aquas /
Impie confuse sunt vespera temporis eius Dies
Ardua dum turris mittit ad astra minas / tertius
Arida diuidit ab aquis ut gramina crescant
Tertius est factus in orbe dies /
Tertia fit veniens etas a gentibus illos
Dimisit per abram / quem viguere fide /
Tum virides vario virtutum germine fructus
Emisere velut lingwa benigna bonos
Offendens multos peccatrix vita saulis
Istius etatis vespera facta fuit / dies quartus
Quarta dies lunam, solem, stellas creat etas
Quarta dabit reges magnificos quam viros
Rex dauid emicuit quasi sol, quem luna prophete
Fulserunt / tamquam sidera turba minor /
Offense regum sunt vespera temporis / huius Dies
Plebs ideo meruit in babilonia trahi quintus
Quinta dies pisces et aues producit / et etas
Quinta dat hebreos per loca multa vagos /
Tunc inter gentes ceperunt viuere / tamquam
Pisces inter aquas naufragium quam maris
Et velut volucres / loca peruersa volantes
Iudei stabilem non habuere locum
Iudee facinus est vespera temporis huius Dies
Nunc veniente Ihesu certa fecundo fuit sextus
Sexta dies hominem primum formauit, et etas
Sexta dedit xpm / qui deus est et homo /

De terra plasmatus est homo / de virgine dictus est
Ut legitur fructum terra dedisse suum
Primus adam periit / voluit dominari et augeri
Sub pede nostri sit cuncta secundus adam
Primus adam vetus est nos inveterans / novus adam
Hic nos est renovans / iste secundus adam
Nunc non inveniat nos vespera temporis huius
Sunt antixpi tempora plena malis
Vespera illa dies post istos primo serenum
Mane / beata quies lux que perhennis erit

De paradiso

Ortus deliciis sunt flores iocundus amenus
fertilis ecclesiam rite notare potest
Huius delicie sunt pure balsama vite
virtutum fructus / angelicus que cibus

De quatuor fluminibus paradisi

Quatuor ex isto procedunt flumina quorum
Nomina vel numerus misticum signa gerunt
Ut dicunt plures oris imitator phison
Iure per dictum nominis teste suo
Os imitat qui falsa loquens post illa relinquit
Et verum verbo predicat ore dein
Designant que gyon pectus quod lex nova monstrat
Ut sapiens agelus forma quaque gerat
Nam celer est tigris signat currendo per orbem
Terram legis scripta volasse nove
Frugifer eufrates notat hoc / quod plurima profert
Germina virtutum legis origo nove
His fluminibus mundi scriptores comparat illos
Quos in lege nova quatuor esse legis
Nam dei scripta serunt animam velud inundat
Irrorat satiant more salubris aque
Nam foris est factus hominem fudit in paradiso
Conditor / ut coleret hunc operando locum
Ocia namque notat nocent anime prodest labor illa
Hec mala multa movent / hic bona cuncta parat

De paradiso voluptatis et iiij fluminibus ut erat quod paradisum

Non erat ulla homo quem terre cultor inesset excoleret
Irrorabat ibi grata fons humidum
Nescius ergo viri tellus est absque colono
Fons facit est flatum viscera sacra replens
De terre limo fit homo / virginis alvo

Carne xpus h3 / que quasi terra fuit
Spiramen vite dns spirauit in illud
Vt viues aia sic sociatur ei
Vite spiramen . flatus infusio sacri
Hec viues aia notat / in celis qua viues
Cristus pfatus et deus est et homo

De translacon pmi hoīs in padisu ad excolend

Plantarat dns a pncipio padisum
Ipleum delicijs mistice qz bonis
Cristi pncipiu notat / ecclesiam padisus
Extitit eclesie cditor ille sue
Formatu dns hoiem tulit in padisu
Vt custos esset et opator ibi
Preceptum qz nouum pthoplasto pbuit istud
Iussa tenendo docens / et pphibenda vetans
Ex omi ligno padisi vesce / preter
Lignu quo sciatur cu bonitate mali et mali

Quo deus pcepit eis ne comedat de ligno scie bon

Quacumque die comedes morieris morte / sequet
Mors aie / tibi sit carne necesse mori
Per quadam spem qua cditor ipe creauit
Hec homo pmo missio facta fuit

Quo adam imposuit nomen aiantibus tre

Mox deus adduxit aiancia singla terre
Probeat ut cunctis noia rebz adam
Hebraice qz loquis / impot noia rebz
Omibz ille / primor illa loquela fuit
Pos in adam misit virtus dina soporem
Non somnus / sz erat extasis ille sopor
In qua pspicue causas vidisse supnas
Fertur / et evigilans inde ppheta fuit
Iudiciu p aquam / p flamam vidit et orbis
Cristi pdicat / ecclesie qz fidem
Ista pphetie misteria nouit ibidem
In qz suis libris hec reserauit adam
Hinc sapor immissus in adam du serpet / evam
Celesti figulus format ab osse viri
Ecclesiam genuit lateris de vulne sompnu
Letalem passus in cruce xpus homo

Quomodo adam accepit nomen
cpositu a quatuor ptibus mudi

Disputat prudens ambrosiu nomia lector
Aspiciat quid adam / sive quid eva notet
Anatole disis arctus · messembrios / orbis
Sunt ptes / ex hiis nomine hetur adam /
Anatole dedit a · p disis d · qtulit arcty
A · messembrios ay · collige fiet adam
Dicta virago nuli / fuit pus eva vocatur
Post culpam / qua ve ptulit / iste sonus
Eve verez mdo dedit hoc nomine refute
Fiet ave / p quod fulsit in orbe salus /
Nam gabrielis ave totu ve diluit eve /
Primi sacra v̄go sim qcepit ante precy /
Omnis masculus a · nascens / e · femina pfert
A · dat adam genitor / e · parit eva parens

Quo sathanas decepit illos et cognoverunt se nudos

Nudus utrqz parens erat absqz pudore / nocenti
Nescia / ditabat singula membra decor /
Jam iam corruerat de celo lucifer / illos
Vidit et invidit / instituit qz dolos /
Et quia perdiderat celestis gaudia vite /
Temptat ut eterius primet utrumqz bonis /
Femineum qz sciens sexu cito pdere sensum
Ut flecti tamqz possit arundo levis /
Serpente qui tunc erat erectus subit / cuius
Linguam monuit in hec cor muliebre movens
Cur vetuit vobis deus unu tangere lignum
Ne moriamur ait / cetera ligna licet /
Non inquit serpens ita / sed si tangit illud
Vivetis / unum fiet utriqz utergz deus /
Femina capta dolo discerpit ab arbore malum
Dat qz viro comedunt / nascitur in malum
Tunc pus agnoscunt se nudos esse / reatum
Percipiunt / folijs membra pudenda tegunt
In libris legitur grecis / qd ab arbore cuius
Fructu peccarunt primi utergz parens /
Ramus filius fuerat translatus ibidem
Plantatus crescit · magna fit arbor ibi /
De qua facta fuit crux / ut repararet in illo
Quo perijt ligno / pditus omnis homo /

Quod deus maledixit adam mulierem et serpentem

Facta dei iussu sequitur maledictio culpa /
Vir, mulier, serpens, debita quisque luit /
Terre cultura vir, partu femina, serpens
Pectore punitur / cui datur esca cinis /
Dicatur conteritur fraude pollens plante muliebri /
Et vires capitis conterat illa tui
Verbum dicitur hic pro partu virginis / pro hoste
Demonis attrivit illa beata caput /
Vipera vim perdit sine vi pariente puella
Exclusit virus nescia virgo viri /

De eiectione ade et eve de paradiso

Post eicit adam deus ex de paradiso
In terram cum qua pulvere factus erat /
In quam damasceno campo de quo prius illud
Transtulerat posuit / cultor ut esset ibi /
Mox ardens gladius agitatus motu / paradisi
Pro ligno vite ponitur ante fores /
Hic ideo gladius versatilis esse refertur /
Ut quando deus hunc removere velit /
Helias vel Enoch paradisum dum subiere /
Prebuit ad tempus ille remotus iter /
Porro removit eum penitus sacra passio xpi /
ffuditque extinxit sanguis unda sacri /

De ortu caym et abel

Uxorem cognovit adam, produxit ad ortum
Eva caym, nascens postea prodit abel /
Excolit arva caym / colit eius pascua frater /
Aggregat hic fructus / congregat ille greges /
Offert dona caym duo de frugibus eius /
Frater de gregibus / dispare corde tamen /
Et respexit abel deus et sua munera / fructum
Eius despiciens / nec sua dona videns /
Quo respexit / fertur quod celitus ignis
Adveniens / tantum dona cremabat abel /
Hic respectus erat / nec fratri contigit istud /
Non ergo dum respiciebat deus
Ira caym subiit / et vultus concidit eius /
Cui deus / inclinat cur caput ira tuum /
Si bene / si recte / sine sete / feceris actus /
Nonne reportabat premia digna tuos /
Si male / si prave / si nequiter egeris / esse
In foribus mentis crimen adesse scias

His foribus debet signari prava voluntas/
Per quam peccati semper aditur opus/
Et tunc arbitrii quia libertas datur eius
Sub te sub proprio posse iacebit amor/
Et cum posse tuo. nisi desit sola voluntas/
Eius tu domitor et dominator eris/
a Optulerat duo mala ille cayn qui iniste/
Sed non divisit recte/ quia se meliorem
Omnibus his sathane non dedit ille deo/
b Namque creatori dona creata dedit
De interfectione abel et maledictione cayn
Post predicta caym fratrem vocat/ et necat eius
Ad dominum sanguis clamitat/ atque dixit deus
Cur miser innocuo lesisti sanguine fratrem/
Eris vagus et profugus/ et maledictus eris/
Respondit/ nequit ad veniam mea culpa venire
Excedit veniam/ crimine opus quod meum/
Erit ero. profugus ero. qui me viderit ultor
Sanguinis existet/ sanguinis ymbre mei/
Non inquit dominus. sed te quicunque necabit/
Septem vindictas solvere dignus erit/
Non inquit dominus sic fiet/ non cito morte
Invenies/ sed erit pena dolor que manens/
Nam si te cursus vita quisquam spoliaret
Ad finem penas duceret ille tuas
Non tibi sic fiet tormenta diu patieris/
Donec septima sit stirpis origo tue/
Hac penam duraste ad tempora lamech
Dicitur hic ab adam septimus esse parens
Dat deus ergo caym signum/ cito ne perimatur/
Et motus capitis/ et tremor illud erat/
Ille vagans in terra nod cum coniuge mansit/
Coniugis illius calmana nomen erat
Pessimus ille caym proprium designat hebreum
Invidus hic fratri. perfidus ille deo/
Offert dona caym domino/ sed non ea recte
Dividit/ interius se retinendo sibi/
Scripta legens moisi duo sacrificat hebreus
Sed male divisit/ intus habendo malum/

Cum legem legeret / et scripta doceret xpm /
Huic prebere tamen noluit ille fidem /
Est occisus abel fratris vulnere / cuius
Sanguis clamorem fudit in aure dei
Ad mortem xpm perduxit clamor hebreus
Reus de cuius sanguine natus erit /
Hic cruor ad celum valido clamore resultat /
Qui bibit hunc laudans perpetuiter ore deum /
Hic sanguis roseus penetrat sydera cuius
Salvifica sparsus rore revixit homo /
Desperare caym facit eius crimen / hebreus
Non credens / veniam [illegible] impius hic meruit
Ille fugit vagus et profugus pro sanguine fratris /
Hic vagus et profugus pro cruce xpiana /
Septupla pena caym torquetur sic vexat hebreos
Currens per septem vita molesta dies /
Ira superna caym dat signum ne perimatur /
Signum ne perimi possit hebreus habet /
Revera satis est istud mirabile mundo /
In medijs vivit / hostibus ille suis /
Nullus rex necat hunc / nullus dux nulla potestas /
Pro signo cunctis est reservata cutis /
Inter cristicolas et gentes spirat hebreus /
Non hunc occidit illa vel illa manus /
Est noch terra / sonat hoc nomen motus / fertur
Ille caym profugus hoc habitasse loco /
Sic vagus in terris et mobilis errat hebreus /
Istius motus habet / et vagus error agit

De generacione caym usque ad lamech

Uxorem que caym cognovit que parit enos
Urbs primus ex cuius nomine dicta fuit
Unde patet multos homines tunc esse vigentes
Quorum subsidijs urbs ea facta fuit /
Post hec enos irad / et irad maviel / maviel que
Matuzael genuit / matuzael que lamech /
Septimus hic ab adam / sellam dilexit et odam /
Sic bigamus factus / vixit utraque sibi /
Hinc parit oda iabel / frater que iubal fuit eius
Servabat que suos pastor utrosque greges /
Iste iubal cantu gaudens / pater extitit horum /
Qui in cytharis psallunt organis que modis /

Musica dulce canens fuit ars inventa per illud /
Ut pastoralis gaudeat inde labor /
Et quia nomine adam primi / dixisse futurum
Iudicium duplex scilicet ignis aque
In geminis artem scripsit posuitque columnis /
Extitit hec lateris / marmoris illa fuit /
Ut non hec per aquam pereat non illa per ignem /
Si sit deficiens una / sit una manens /
Ut nobis Josephi declarat scripta / columna
Marmorea / tellus siria servat adhuc /
Sella parit tubalchaim qui primitus artem
Invenit ferri / bellica multa docens /
Sculpturas operum laudes dedit iste metallis /
Cristus mons vite / tu sancti neumatis igne
Adveniens legis triste removit onus /
Norma sacri huius deciat hur que dicitur igne /
Nempe sacer flatus fulsit in igne datus /

De consilio Ietro et electione priorum secundum digntat /

Ietro socer moisen stultum docet esse / regendo
Cum populi solus experiatur onus
Priores qui sint tractare negotia docti /
Eligat e tribubus / substituat que sibi
Consilium moises facit / evadit que laborem /
Committendo vices pluribus ipse suas /
Hos centurionarchas / chiliarchas efficit illos /
Quis decadis tribuit / ipse monarcha fuit /
Ietro docens moisen / docet ut quisque minoris

Credas consilio si meliora videt

De adventu ad montem Synai

In Syna de Raphadym tersit iter illa loquitur
Audit in nube deum, nec videt intus eum
At sine nube deus se monstrabit tibi, sanum
Iudicium libram si faciendo tenes
Ascendit moises, in monte loquens deus illud
Ut populum doceat, mandata tenenda docet
Post audita redit, populi diffundit in aures
Nam bibit auditu verba relata sedent
Nube deus loquitur, nube moyses videt, audit
Vocem, sed latet hunc visio sola dei
Sic xpi carne vidit iudea loquentem
Audit, ignorans carne latere deum

De dacione legis in monte Synai

Lex datur in Synai dum mensis tercius extat
Cum fumo, tonitru, fulgure, nube, tuba
Hoc in mense datum descendit nemina (?) verum
Cum flama linguis, luce, calore, sono
Claret in his rebus iocundi gloria festi
Et penthecostes lux preciosa micat
Montem fumare, mugire tonitrua, spargi
Fulgura, flare tubas, legis origo facit
Hinc syon montem designat mons Syna, firmat
Lex ibi, sed sacer hic flatus in igne datur
Oris apostolici sancta verba tonitrua signant
Fulgura que rutilat splendida signa notavit
Doctorum voces alias clangore tubarum
Accipe, qui populos ad sacra mandata vocavit

Tractatus de decem preceptis

Hec sunt mandata decem tota pingencia legem
Hec nostrum claudunt cetera mandata manum
Sperne deos, fugito periuria, sabbata serva
Sit tibi patris honor, sit tibi matris amor
Non sis occisor, mechus, fur, testis iniquus
Vicini thorum, res quoque cuncto suas
Lex nova que sequitur de libris quattuor eorum
Vendicat, et xpi singula verba notat
Nam quater est denis data lex antiqua diebus
Hinc veterem legem denotat inde novam
Deno quippe vetus numero lex, nostra quaterno
Constat, hec firmat prima, secunda nitet

Facies tabernaculum iuxta illud quod in monte vidisti

Exodus

Aurora stilus properans torpescit et ipso
Affracta tabernaculi nomine penna gemit
Et ne sepe stilum tangrandum lectio ledat
Edis sine domus confero nomen ei
Auri nobilitas, argenti fulgor, et eris
Materies primo dantur ad illud opus
Auro mens sapiens, argento sermo notatur
Nil nisi vera loquens purus et absque dolo
Es resonans sonitu sibi subiugat omne metallum
Famdos quos notat ore tonante viros
Ut bene crescat opus, tribus his sociatur iacinctus
Coccus bis tinctus, purpura, byssus agunt
Vir iustus, fortis, prudens, moderator in illis
Quatuor exprimitur, quatuor ista tenens
Clara signatur prudentia clara iacincto
Par est ista polo, condidit ista polos
Est quasi bis tinctus coccus, mens fortis ardens
Fratris amore prius, post in amore dei
Iusticiam signat que vestit purpura reges
Regia iusticiam sceptra tenere solent
Terra sedens medium quasi temperat omnia, byssus
Nascitur ex illa, temperiem quod notat
Si careant homines virtutis honore nitore
Tres alie perdunt nil quod vigoris habent
Hac prudens salomon si non caruisset, abissus
Femine labiis non sepelisset eum
Nec fortis sampson oculos gemeret, neque iustum
Oziam lepra tangeret ira dei
Caprarum pilus ostendit peccata gementem
Martirium rubea pelle notare potes
Vir celis inhians signatur pelle iacincti
Qui sperat posita pelle subire polos
Ligna cethim torpent nulla putredine, iustos
Signant in celis qui sine fine virent
Spina cethim notat hoc nomine, quia vi qua premis
Et qua tormentis itur ad astra dei

De sancta sanctorum

Edem fora duplex statuit per altare sita
Altera sanctorum sancta vocata fuit
Hec deus ostendit cunctis manus omnia claudit
Sic opus hoc moisis est operata manus

Bz mea penna fuit archa depinge primo
Vt lemus videas cetera verba sequi
ffacies archam de lignis cethim
Archaz ligna cethim statuunt / auro tegit intus
Hinc sctorum sita locata manet
Archa sunt non ethinc qui regnat in astris
Durant ligna cethim putredo non nocet illis
Intra sctorum gaudia summa manent
Sancti sic durant et sine fine vigent
Archa intus auro tegit quia splendor inaurat
Sanctos et regit hos summa zophia patris
ffacies coronam auream super archam
Archaz cpletens auri diadema corona
Sctorum signat que sine fine micat
ffacies et circulos aureos
Quatuor ex auro circuli sunt bis duo libri
Cum nre legis aurea scripta tenent auro
ffacies duos vectes de lignis cethi et operies eos
Vectes habentes circulus archa qz ferentes
Doctores signant ppicuos qz viros
Cum dm sptus herent gestat qz p orbem
Sctorum vitaz verba ferendo dei
Ligna cethim vectes forant et eos tegit aurum
Vt doctor fortis sit sapiens qz simul
Pones in archa testificacionem quam dabo tibi
Inscripte legis tabule ponunt in archa
Virga qz manna tenens virga qz flore virens
Virga tenet manna dum virgo deum parit alma
Hinc florem pepit flore manete suo
ffacies propiciatorium de auro purissimo
Nostri non patit oug hunq nobis ergo
Indicat pietas pro racione pari
Archaz qmpe leuat pietas ueras qz metes
Ad dnm sctu per pia vota leuat
Est opus hoc auri mdi quia omnia sctu
Prudenter mdant per pietatis opus
De cherubim quo respiciebat se mutuo
Mutuo respiciunt se cherubim duo fulsit
Ductilis ex auro sctm vterqz cherub
Dicitur esse cherub p scita sciencia legem
Exprimit hic veterem denotat ille nouam
Cum fabricatis aurum labor est ut ductile fiat
Sic nec erit sapiens absqz labore quis

Ille uel ille cherub respectu mutuo fingens
Est sibi concordans lex noua lex que vetus

De mensa propositionis

Mensa cethim lignis intexta refulget auro
Aurati labij forma venustat eam
Quatuor hic digitis elata corona superbit
Et super hanc aliud stat diadema micans
Scitur mensa notans scripturam que sacra mittit
Fercula dans pueris dans alimenta viris
Lacte cibat paruos quos sensu simplice pascit
Pane viros reficit forcia verba docens
Signat ligna cethim quod verba manent sacra signat
Aurum quoque doctis sensibus illa nitent
Aurati labium paula siles que fuerunt
Spargentes labijs aurea verba suis
Bis binis digitis notat alta corona triumphum
Iusti que virtus quadra nitere facit
Sunt digiti tales index medius medicus que
Et digitus breuior nomine ab aure trahens
Dicitur hic index coram pharaone fatentes
Esse dei digitum quem stupuere magi
Est medius magnus media caligine nubis
Quo fuit a magno lex data scripta deo
Est medicus per quem serpens in puluere mecham
Absoluit medicus noster opem que tulit
Auricule digito surdi tetigit deus aures
Auditum que stupet auris habere nouum
Indice signatur oris confessio puri
Nam reus offensas indicat inde suas
Exprimitur medio dilectio summa bonorum
Nunc datur in terris dum mediator adest
Monstratur medico nostre primicio pene
Nam lauat et sanat ista medela reos
Auricule digitus est virtus que forat aures
Iusti qua christo pronus obedit homo
Nunc super hanc rutilat adiuncta corona corone
Nunc christus geminat prima summa notat
Si recte viuis vitam rapis inde coronam
Si doceas alios inde secunda datur
Vectibus et arculis ornatur mensa retrorsum
Inuenies lector verba quid ista notant

Hac mesam sibi cum dictamen aplus albis
Panibus / excoctis neumatis igne sacri
Panibus hac ditat doctorum turba / diu qz
Ditabit / cursum du rota solis aget /
Istam riga petri vite panu vsibus ornat /
Sz tamen hij sapiut lac solidu qz cibu /

De candelabro et septem brachijs eius

Post mesam poitam cadelabru peto sursum /
Erigo desup hac linea clara loco /
Fit mira dei candelabra / ductile factum
Ex auro mdo clarius illud erat -
Hic hastile rigens / calamos qz ciphos qz / sperulas qz
Speras ac demu lilia iuncta / legis
lucis in hoc ope signatur lumis actor
Cereus ecclesie xpus vbiqz micans /
Cristi maiestas mdo signatur in auro /
Cum fuit in mdo mdus et absqz nota -
Hastilis rigor etiam firmu notat istam
Que stat in adusis firma rigore suo /
Designat calami scribentes digna magistros /
Per quos eximit dignu in orbe sonu /
Designat sciphi ciathos qui vina requirunt /
Ebrietas mentes que sacra verba bibunt ·
Sperula quia volubis agitans est lingua magri /
Qua rotat et volvit doctor vbiqz bonu /
Lilia designat eterne pascua vite /
Que semp viridis gemina veris hnt /
Illos septenis signari credo lucernis /
Quos quoqz sacri neumatis implet amor /
Cum sint lux mdi / no sunt tn hij sine fumo
Nam sine pcto vivere nullus habet /
Doctorum lingue sunt emunctoria p quas
Fulgorem recipit lesa lucerna suu /

De thabernaculo et cortinis eius

Ante domus tabernaculi in mentem redit illud ·
Est fermentatu iam qz pabo cibum /
Dena tabernaculi cortina decore renitet /
Etiam regio dena mitere facit /
Namqz tot acquirunt regi regnum regiones ×
Discipuli / quorum rugijt orbe sonus /
Intextus lapidum multorum stamine / sertam
Ecclesiam paries construit · ornat · alit /
Sic et cortinis multiplex agmine fili
Dispositum / edes illa parata fuit /

De bysso retorta et cocco bis tincto iacincto et purpura

Coccus bis tinctus / byssus que retorta / iacinctus
Et purpura / cortinis mixta fuere decem /
Designantur in hiis / tellus / aer / aqua / celum /
Vt iozephi testis scripta vetusta sonant /
Byssus signat humum / qua nascitur inde / iacinctus
Aera / nam consors est in vtroque color
Purpura signat aquam / qua piscis imbuit aquoso /
Coccus se confert teste rubore polo /
Ornatur byssi filis cortina retortis /
Dum conversa redit plebs sociata bonis
Sacri fontis aquam cortine purpura signat
Hunc lotis aperit regna beata dei /
Et diuini doctus splendet cortina iacincto /
Et quasi suspensus aethereo aere surgit homo /
Iudex est gemini coccus bis tinctus amoris /
Ad celos penna iustus vtraque volat / De
coniunctione cortinarum quinque iungebant se
mutuo et alia quinque similiter

Mutuus hinc nexus cortinas quinque maritat /
Vtraque manet alie sub racione pari /
Pars hec iudeos / gentes pars illa signat /
Hos tamen aut illos copulat vna fides / De ansu-
lis iacinctinis que erant in lateribus et in summitate cortinarum

Ansarum legitur index color esse iacincti /
Cortinas que ligant / associant que sibi /
Pax. doctrina. fides. pietas. affectus / et omnis
Cetera virtutum pompa / notatur in hiis /
Harum virtutum species est equa iacincto /
Nam fluit a summis sedibus omne bonum /
Virtutum populus virtutibus hiis velut ansis
Fit sibi connexus vinctus amore pio
Facies quinquaginta circulos aureos

Ex auro circli decies sunt quinque parati
Per quos velox copula facta fuit /
Circlus auratus decies sunt quinque notati
libri / quos implent aurea verba dei /
Quot circli tot sunt libri / noua lex habet octo /
lex antiqua tenet cum quatuor octo decem
Isti ter deni libri sunt et duodeni /
Antique legis si mandata legis /

V. moysi, iosue, iudex, paralipomenon, iob,
Hijs bini regum, ruth, dauid et salomon /
Ezechiel, daniel, ysaias, ieremias /
Esdras, philo, syrach, plena vigore iudith.
Esther amena genus, tobias et machabei
Septa prophetarum sunt duodena simul
Namque neemie dedit hospitium liber esdre /
Et ruth iudicibus hospita facta fuit
Scriptoris que sui baruch librum ieremias
Post libri recipit posteriora sui /
Hinc evangelij scriptores quatuor augent /
Librorum numerum continuant que suos /
Post apocalipsis, pauli que volumine, et actus
In numerum veniunt, canonicusque liber
Hijs libris veluti circulis sinagoga ligatur
Ecclesie plebi plebs, gregibusque greges Facies
et saga cilicina undecim ad operiendum tectum tabernaculi
Legifer hinc moyses undena parat saga, tecti
Causa, peccantium turba notatur in hijs /
Preceptum numerum quia deserit ordo sagorum /
Hunc qui preceptis respuit esse notat /
Rident cortine vario splendore colorum /
Sed saga tristia sunt, aspera, plena pilis /
Sic et prelatos vestitu pompa serenat /
Sed rea plebs grauius est, hispida plena malis /
Illa tamen tecto prosunt, quia sepe nocivum
Pro vita regum principibusque rogant /
Cortinas vincunt numero saga, namque malignum
Excedit numero diuitijs que bonos /
Cortinis saga respondent, dum quatuor ille
In altum cubitos, quatuor ista tenent /
Quatuor ostendunt cubiti, que tingit iniquos
Iustis, librorum quatuor una fides / Ex quibus quinque
seorsum iunges et quinque sibi sextum in fronte duplicabis
Parte sagum sextum duplici distinguit ista
pars frontem, finem pars tegit illa domus /
Principium notat ecclesie pars altera, finem
Altera pars signat, hec caput, illa pedes
a Sicut cortinas ansis, sic et saga iungit /
c Annectit dentes hijs compita cathena sagorum
b Non signatur in hijs res aliena tamen
d Partes, et veluti umbre cogit eas /
Non sunt ex auro sed sunt ex ere cathene,

Predictos libros revesti ut ante notat /
Sic notat eos pueros / veluti iustos hoc aurum /
Et tamen vnda sacri fontis vtrosque ligat /
Est triplex tegmen / primus est vestis cilicina
Purpureus est medium / vestis omnia rubeus /
Tegminis extremi decus ex fulgore iacincti /
Splendens aerei signa coloris habens /
Tegmen habens primum / dum culpas mente relinquens
Purpureus / et vestis te cilicina tegit /
Tegmen habes medium de rubra pelle bidentum /
Si fueris simplex et parcens agas /
Extremo dabitur tegmen celeste iacinctum /
Quod dum designat aereus quoque color /
Ordo bonus primo peccata relinquere / carnem
Post ea punire / premia deinde sequi
Facies tabulas quinquaginta cum tabernaculum
Hinc domus tabule decies sunt quinque parate /
Et geminae legis tot sacra scripta notant /
Visus auctorem tangit tabulas / quia iusti
In sacris libris lumina semper habent /
Ligna sethim tabulis dat materia / que purgunt
Doctores animas dum sacra verba serunt /
Hii quia missa decem faciunt clarescere / denos
In longum cubitos has habuisse reor /
Et quia lex moisi perfectum non facit / unum
In latum cubitum dimidium que tenent /
Ut sit plenum opem cubitus non integer optat
Alterius / sic lex vult sibi legis opem /
Ergo ligaturae fiant tabulas quoque maritat /
Ut sit perfectum quod fuit ante minus /
In castraturis tabule iunguntur sibi / quando
Conciliat leges consona verba duas /
Hebreos libri quadraginta duo ditant /
Octo libris ornat plebs tua xpe ihesu /
Ex evangeliis sunt libri bis duo / quintus
Est apocalipsis mistica verba gerens /
÷ Sextus apostolicos luce liber exigit actus /
÷ Septimus et pauli scripta profunda minus
÷ Ultimus ex scriptis jacobi petri que johannis
÷ Et jude trahitur conseritur que liber
Sextus apostolicos notat actus scriptum loquela
Ad machabeorum scripta refero duos /
Quos bine tabule post tergum retro locate

Signat / p(er) legem quippe fit illud opus /
Et bis p(er) tergu(m) q(uonia)m tu(n)c errabat hebreus /
Nil in lege videns ydola p(er)ve colens
De quinq(ue) vectib(us) quib(us) tabule vehebantur
Vectes quinq(ue) vehunt tabulas / et quinq(ue) figurant
Sensus / effectu qui sacra verba vehunt /
Olfactus / tactus / auditus · visio · gustus /
Ambaru(m) legu(m) pondera iusta ferunt /
Has om(n)es tabulas auratus fulgor honorat
Hos q(uo)q(ue) libros om(n)es clara zophia replet
Erigens quoq(ue) thabernaculu(m)
Erecta tabernaculi no(ta)t h(abe)re erectio t(em)p(or)us
Cu(m) manus excelsi nos sup(er) astra levat
Et velu(m) de quatuor colorib(us) huius veli
Velum distinguens sancto(rum) sancta figurat /
Celu(m) distinguens nos socios q(uo)q(ue) dei /
Coccus seu bissus · seu purpura / sive iacinctus
Sunt spe(cie)s veli / sunt q(uo)q(ue) figura poli /
Par firmamento spe(cie)s v(er)o solet esse iacincti /
Coccus inest astris / purpureus q(uo)q(ue) color /
Quilibet luna nitens horis velut emula t(er)re
Cu(m) bisso certat sepe colore pari /
Velo plumati stat opus / iustos q(uo)q(ue) figurat /
Sem(per) sine sorde leves semp(er) ad astra volat /
Statues et p(ro)piciatorium sup(er) archam
Designat spe(cie)s pietatis stans sup(er) archa(m) /
Qu(od) miserens p(ro)p(er)us stat miserendo deus /
Extra velame(n) se me(n)sa patere fatetur
Nam nulli debes claude(re) verba dei /
Et licet ante sues vere carus sparge(re) gemmas /
Ecclesiam debes pasce(re) pane sacro /
Statues in introitu thabernaculi tentoriu(m)
Omni reges iubeat fieri tetoria / sunt ei(us)
Rex unu(m) fieri iussit honore novo /
Cocco vel bisso · vel murice · sive iacincto /
Edis in ingressu tendit(ur) illud opus /
Summus apostolicus / chorus ordinis in titulat(ur) /
Solvere qui p(o)p(u)lu(m) / sive ligare potest /
Edis in ingressu stant / q(uonia)m conceditur illis /
Intranti p(o)p(u)li pandere claustra poli /
Isti sunt celi · testante colore iacincti /
Quos memorat celos esse p(ro)pheta david /
Isti purpurea sunt q(uonia)m vestit purpura reges /
Qui q(uo)q(ue) regunt p(o)p(u)lu(m) regia iura tenent /

Isti sunt gemino cocco bis tinctus amore /
Quos binus mixit amor fratris / amorque dei /
Isti sunt byssus cum fila retorta fuere /
Fortes in Christo spe pietate fide /

ffacies quinque aureas columnas

Quinque libros moysi signantes / quinque columne
Surgunt ex auro / que capitella gerunt /
Nam quod precedit / sensu quod mitem / aliorum
Hii quasi librorum sunt speciale decus
Es resonando bases harum creat / in notamque
Semper in ecclesiis verba sonare dei /

ffacies altare de lignis cethim

Nostra tabernaculum depinxit penna / figuras
Simulans / gemmas ex adamante trahens /
Nunc altare peto sed non pede corporis / ymo
Versibus exametris / pentametro que pede /
Fora tabernaculi quidquid predicta notavit /
Altaris species pene signat idem /
Teste iohanne modis variis res una notatur /
Cum septem patuit visio sola modis /
Christi signatur altaris nomine sponsa /
Christo se mactans quisque fit ara dei /
De lignis altare cethym contexitur / inde
Collige quod iustis vita perhennis erit /
Quadra fit altaris species / sic quatuor orbis
Partibus ecclesie fit solidata fides /

Quinque cubitorum

Hinc altare inde tenet quinos cubitos / quia libros
Quinque dedit moyses / quem sacra verba docet /
Hoc tribus exigitur cubitis / sacrum quia pneuma
Cum patre cum nato credimus esse deum /

Cornua per angulos iiii.or ex ipso ere

Cornua mistorum consurgunt quatuor orbis
Partibus / altaris cornua facta docet /
Qua totum cingit altare / notatur in ere
Semper in ecclesiis nos iubilare deo /
Vel notat es resonans campanas / sive ingros
Hec sonitu populos hiis ratione monet /

ffacies caldaria

Dignos presbiteros credo signare lebetes
Cum in prece qui lacrimis crimina nostra lavat /
Presbiter e flamma carbonem forcipe tollit /
Cum mulcet verbis anxia corda piis /

ffuscinula carnes tridenti subtrahit olle
Cui dat opem miseris / carnea corda leuans /
Carbones / carnes / forceps / uel fuscina / tollit
Si reprimens iras carnea fluxa domans /
Quos que receptores ignis uoir esse fideles /
Cum pascunt inopes / suscipiunt que uagos Omnia
vasa eius fabricabis ex ere craticulam in modum rethis
Altaris vasa sunt eris singula / nempe
Ecclesie laudes doctor vbique canit /
Vas ex electo paulus fuit ere / resultans
Eloquio / resonans vocibus / are tonans /
Cum pisces mundi xpo dum colligit / eius
Sermo reticulum siue sagena fuit /
De quatuor ereis circulis
Bis bini circli fuit ex ere / johannes
Et marce / matthee / luca / vos vocat illud opus /
Altaris medio crates conducta resedit /
Saluus in celesti non foris esse potes
ffacies vectes et lamnas ereas supponas
Ligna sethim struit in vectes / lamneis fit eris
Legisfer / ut circulis federe iungat eis /
Petro quid ista notet videas / nam semper codex
Pastu iciunii nolo tabere famem
ffacies altare concauum
Hoc altare dei solidum non fit sed inane /
Vt leue gestanti non grave stat omnibus /
Sed latet in vacuo tezaurus dignior auro
Ne vacuum vicijs si bona vita replet /
Altaris nomen stat nomine dignius edis /
Res tamen hoc vilis / hac preciosa facit /
Ereus altaris decor / aureus est decor edis
Ere signatur res tamen alta magis /
Auro signatur occulta sciencia / sensu
Cum foris eluceat / era sonora sonat /
De porticu facta circa tabernaculum et cortinis
pendentibus in porticu in parte haustrali
Extra tabernaculum consurgit porticus / extra
Prospiciens / sed vim ponderis intus habens /
Cuius in australi tentoria parte choruscant
Nunc decorat byssus / fila retorta gerens /
Prima tabernaculo signatur tempora / sancte

In quibus ecclesie passio multa fuit /
Sectorum multis cruor hec per tempora fluxit
Sanguinis et varii purpura pinxit hyemi /
Ad constantinum regnum dolor iste cucurrit /
Respiravit ibi sanguine lota fides /
Portum condit decurres tempus ab illo
Principe / dum veniat qui deus esse volet /
Ipse floret ab hoc confessorum chorus / alba
Lilia / consurgunt / sunt que secuta rosas /
Byssus non coccus ideo tentoria vestit
Nam modo nullus emit sanguine regna poli /
Nunc satis est nobis tingi baptismate / pasci
Carne sacra / caste vivere / stare fide

Faciens vestes aaron et filiis eius

Aaron cum pueris sinuos nunc ordinis alti
Pontifices / et eos qui sacra summa sacrat /
Congruit his olei que liquor / splendor que lucerne /
Et bene mitratos / illud / et illa notant /
Est olei natura triplex / lucet / cibat / ungit /
Hec tria mitratum debet habere caput /
Lux vestis / cibus est ieiunus / unctio morbis /
His inbar infudit / hos cibat / hos que fovet /
Lux est exemplo / cibus est dum pascit egenos /
Unctio dum populis dulcia verba serit / unit
Igne lucerna micans / tria dat / splendorem / calet /
Hec tria presul habet sub ratione trium /
Vita splendorem demonstrat / amore calorem
Et quia peccantes arguit urit eos /

De dispositione vestis aaron

Sancta fuit vestis aaron vita que probata
Signat / que sanctos / immotuos que facit /
Hac vestem texit inter duo ligna sacerdos /
Cum mores geminos formuat amore suos /
Fila sacri vestis sunt / pax · pietas · et honestas ·
Spes · doctrina · fides · virginitas que pudor /
Non hac veste fuit quidam conviva charusculus /
Hunc sperneus misit regia mensa foras

De veste aaron et filiorum eius

Aaron et natis vestes texit / ut horum
Mirsque sacerdotum possit honore frui /
Nam modo presbiteri seu simul sive minores /
Efficiunt xpi corpus / idem que sacrant /

De quatuor coloribus quibus vestes aaron texte fuerunt

Pontificis vestis auro bisso que iacincto /
Cocco bis tincto / murice facta fuit /
Aurum veste gerit presul cum splendet in illo
Pre cunctis rutilans clara sophia dei /
Veste gerit bissum mentem / si vestiat illam
Angelice lucis emula munda caro /
Dum fugiens martham studet esse mariam / iacinctum
Veste gerit / penetrans mente superna poli
Coccus bis tinctus rubet que coloris honorat
Vestem / si duplici presul amore calet /
Si bene iusticiam tenet ornet purpura vestem /
Iam reges imitans regia iura docet /
Sic ecclesiam presul defert in veste iacinctum /
Aera si precibus temperat illa suis /
Purpura piscis aque tegit illum qui compescit
Fluxus aque nimios presule dante preces /
Coccus adornat eum si voces presulis audit
Temporis ariditas / sol que calore rubens /
Ornat eum bissus si flectit ad hec prece christum /
Ut fructum sterilis gignere possit humus /
Quatuor hec iosephus totidem confert elementis
Atque prece quadrifida / presulis implet opus

Allegoria de humerali aaron

Fert aaron humerale decens cum pastor in ulnis
Egrotam portat ovem / quam miserando fovet /
Aurum vel bissus / vel purpura sive iacinctus /
Seu coccus / faciunt hoc humerale decens
Ista docent ut presul sit sapiens / sit honestus /
Sit iustus · celo fixus / amore calens /
Primis respondet ibi prima secunda secundis
Et sic procedunt ordine queque suo /
Vult quod sit sapiens aurum / bissus quod honestus /
Purpura quod iustus iura que regis agat /
Ut maneat celis infixus mente iacinctus /
Coccus quod duplici fiat amore calens /
Prefulget variis humerale coloribus / apte
Virtutes varias presulis esse notat /
Hec bene virtutes rutilant in presule / setam
Si studeat vitam claudere fine bono /
Oras ergo duas faciat magister / sibi finis
Si bene respondet ad bona cepta bonus

Inscripti lapides xpi signat duodenos
Discipulos, presul quos imitando gerit.

Allegoria de rationali aaron

Est rationale quod iudicij titulatur
Nomine, quod positum pectore presul habet.
Designat in hoc quod sensus presulis aptat
Iudicij libram cum ratione tenet.
Hinc rationalis textura fit hec humeralis,
Ut quod lingua docet presulis illud agat.
Quatuor ordinibus terni lapides ibi fulgent,
Bis sex discipulos hic recolendo notat.
Quos imitans presul, bis sex fert pectore gemmas,
Unum vel trinum mente tenendo deum.
Cum rationali iungens humerale catena
Est fratrum amor, qui ligat omne bonum.
Anulusque aureus est fidei doctrina, iacinctus
Clara spei virtus cor super astra levans.

Misticus sensus de duodecim nominibus patriarcharum

Nomina scripta gerit aaron, cum presul honestos
Mente patres recolens, hos imitando gerit.
Cum populum sibi mente ligat, patribusque beatis
Servat et auget oves, gaudiat quod deo quomodo
pontifex intelligat quod ista quatuor nomina signat

Iudicium, ratio, verum, doctrina. quid ista
Designent, omnis noscere presul habet.
Quid signet torques quid purpura quid ve iacinctus
Quid byssus lapides nomina scripta sciat.

De podere et veste pontificali

Poderis est vestis que terre continet orbem
Et caput et corpus presulis illa tegit.
Cum mens pontificis toti supereminet orbi
Moribusque et patribus se populum quam regens.
Nil aliud splendet nisi veste iacinctus ista
Signans ut totus presul ad astra volet.
Paulus erat totus inclusus podere dicens
Dissolui cupiens, opto videre deum.
In medio tunice capitale ligat sibi presul
Ut caput sensus non signat esse vagos.
Ne tunice leviter possit ruptura minari
Illius in giro textilis ora micat.
A grege ne presul dirrumpat se, sed honestos
Ad finem mores protrahat ista notant.

Mala punica tendant ora tunice

O(r)namentu(m) tunice subter quasi mala venustat
Punica, granorum que replet ordo decens
Ecclesias hec mala notat et g(e)n(er)a b(ea)tos
Fratru(m) (con)vent(us), in quib(us) ordo viget
Aurea cu(m) malis se tintinabula iungunt
Que membra effundunt, excitant q(ue) sonos
Ecclesias xpi sic semp(er) splendor inaurat
Doctrine, resonat laus ibi s(an)cta dei

Q(uod) lamina aurea erat in fronte aaron

Aaron fronte sedens nitet au(re)i lamina p(re)sul
Scribitur hic titulis s(an)c(tu)s honor q(ue) dei
Ut quasi frons dicat, s(an)ct(u)s domini t(ibi) monstro
Cum frons et titulos det inesse gregi
Auro fit titul(us) puro, fit stricta iacincto
Lamina, v(ir)tutes tres ibi p(re)sul habet
Mens auro puro sapiens et mu(n)da iacincto
Presulis exprim(un)t(ur) mores sup(er) astra manens

Balteus eius factus fuit de bisso

Balteus ex bisso tunicam (con)stringit honeste
Confectus, plumarum qui sapiebat opus
Balteus est carnis marcens, candor q(ue) pudicus
More levis plume, que cor ad alta levat

Balteus et tunice (et) mitra et toga una de lino facta erat

Balteus et tunice mitre femorum q(ue) venusta
Tegmina, linea sunt, mundiciam q(ue) notat
Hac se mundicia p(er)functus presbiter ornet
Sit totus mu(n)dus qui sacra mu(n)da sacrat
Nec dabitur cast(is) p(ri)nceps calculus albens
Mane latens, castos candidus(que) agnus amas
Picta tabernaculi dom(us) est, altare paratu(r)
Indut(us) vario p(re)sul honore nitet
Nunc dein(de) igitur offerri, p(ro)mere restat
Versib(us), ut possint ordine v(er)a sequi

Misterium de vitulo et ex armento allato

Allat(us) vitul(us) ex armento datur are
Cristu(m) designans que cruci ara tulit
Est vitul(us) xpus, armenti sunt patriarche
Prodijt inde caro, s(ed) caro labe carens
Hic tener est vitul(us) p(ro)ducens cornua, cui(us)
Heserunt manib(us) cornua fixa cruci

Pro reditu nati sunt hic apte notati /
Dum xpus patitur patre iubente crucem
Aaron cum filiis suis imponat manum super caput vituli
Impositis manibus super vituli caput aaron
Cum preceps vitulum mactat / cum que sacrat
Hoc expressa loco manus est pharisea per illos
Tunc xpi capiti spinea serta dedit /
Tunc xpi caput est deus / ergo manus super illud
Imponit / xpm qui negat esse deum /
Effundes que super bases altaris sanguinem
Sanguine tingit altaris cornua / signat
Ara crucem / signat cornua ligna crucis /
Nam xpi sanguis inbalsamat inclita ligni
Brachia / dum clavus petra forata manet /
Altaris que bases sanguis distillat ad ymas
Cum forat hasta latus / et cruor yma petit /
Sumes adipem et intestina et combures super craticula
Que latet in vitulo simul pinguedo iubetur
Ex illa duo spirat amenus odor /
Offerri que pinguia sunt non macra iubentur
Pinguia namque deo non macilenta placent /
Larga per hunc adipem dum dulcedo notatur
Cuius per mundi climata spirat odor /
Hinc pietatis adeps xpi de corpore fulsit
Dum pro iudeis supplicat ille patri
De carnibus corio et fimo
Cum que fimo vituli carnes corium que cremantur
Tunc cum vilia sunt vilia nulla notant /
Carnes vera dei signat que pinguia corda
Reddunt / est corium litera grossa foris /
Sunt que fimus xpi convicia / probra / dolores /
Et tamen iste fimus crimina nostra lavat / Offeres
arietem et ponat aaron et filii eius manus super caput eius
Tunc post vitulum vervex occiditur / aaron
Imponente manus progenie que sua /
Cum xpi mortem vervex vitulus que signavit /
Res variando tamen distat utraque sibi /
Signatur vitulo mors que fuit in cruce xpi
Cum surgens ultra noluit ille pati /
Victima vervece signatur que datur are
Nunc modo presbiteri voce manu que sacrat

Misterium de ariete

Offert totus aries cum xpc in ara
Credit oblatus qui deus est et homo
Totum nos offert in xpo quisquis adorat
Absque deo carnem vel sine carne deum

Allegoria de sancto ariete

Cristi signa vestes vincere sedo
Nuncium gesta deo mors preciosa fuit
Discipuli bis sex aries fuit iste sedo
Nam xpus quorum pectora tinxit humum
Iude canit cytharista puer duo ductor
Hos offerte gregum quos gemme ducis
Bis sem preses fuit ergo duces gregis horum
Proles cum xpo qui meruere mori

Omnne de sanguine et asperge extremum auricule

Assumit sacerdos de sanguine que super au
extremum dexter ponit cum qui rigat auris
Dextram mdeus surdis modo non habet aurem
Quem malchus dextra deuoti aure careus
Cui de martiribus compassio nascitur illi
Auris dextra manet sanguine tincta sacro
Ultima post auris finem denunciat orbis
Nudo sinistra cares dexter hebreus erit

Misterium de pane lagano oleo pectore et armo

Accipe quid panis oleum vel lagana signat
Et quid signet pectus quid nota armus habe
Nulli mensa placet sine pane deo nil vnquam
Absque fide panis deuote ergo fidem
Vis olei sursum natat excredit quod liquores
Spes est par oleo que cor ad alta leuat
Lagana lata notant et fris et hostis amorem
Nam miserans hosti latus habetur amor
Pectus consilii locus est vult te sapientem
Vult armus fortis te grauiora pati
Hec duo presbiteris debetur pectus et armus
Ut sensu vigeant et pacienter agant

De veste qua vtebatur pontifex sacris diebus

Sancta pontifices vtuntur veste diebus
Septem qui sancte vivere semper amat

Precepit dominus aaron ut offeret arietem

Tolli precipitur aves que consecrat aaron
Vectus ut in sancto sit caro cocta loco
Sancti sunt aves / caro sanctorum signat eorum
Vitam / quam mentis mens meditando coquit
Nam pia mens locus est sanctus qui discutit actum
Sacros / inde sacro pascitur illa cibo Panes
quoque qui in canistro erant comedat in introitu tabernaculi
Tu post carnem denuo panem canistri
Vt vetus et nova lex regnet in ore tuo
Nam lex carnalis vetus est panis nova / profess(us)
Sensus inest illi / lenius ista sapit
Que que remanent cremat ignis namque benignus
Spiritus assumit / que tibi clausa manent
Plura que fugiunt modo nos in fine patebunt
Cum veniet mane / quod sine fine manet
Tunc sancti flatus processio sancta nitebit
Clarescet gemini que gemina fuit
Quomodo signatur per manus aaron
In manibus sanctus aaron cognosce quod omnis
Munda sacerdotis debet inesse manus
Signatur xpus vitulo sic mente sacramus
Hunc medici semper / crimina nostra lavat
Ara sacratur non certe / sine munere cum
Nemo sacrare potest / munera digna deo
Vngitur exterius paries / intus vngitur intus
Vnctio quam moyses vnxit vtraque notat
Ecclesie lapides foris vngit episcopus / intus
Spiritus vngit eos quos videt esse suos
Offeres duos agnos annulos super altare
Quotidie designat agnum duo tollitur vnus
Mane cadens / dum sol occidit alter obit
Agnus mane fuit xpr dum creditur / agnus
Vespere fit dum sol / sole cadente cadit
Mane precare deum quod leta dies tibi plaudat
Vespere quod tutus tempora noctis agas
Cum simila vinum defert ad sacra minister
Pro nos melchisedech optulit illud idem
Sic nos cum vino panem consacramus in ara
Hoc verus sanguis / vera fit ille caro
Ex oleo simila tuso respergitur / alius
Spiritus est oleum quo fiat illud opus
Cum xpi carnem matris concepit in alvo

Corpq in altari qfitit ille sacru ffacies
altare de lignis cethim et adolere thimiam
Facta ligna cethim faciut altare sacru
Ex quo spirat odor et thimiama frequs
Ara per nos certaz xpm notat illud
Solus in hc psul sacra parare pt
libera ligna cethim sut a putride xpus
Sic fuit a culpa liber et absqz nota xpe
Spina sonat vox ista cethim qua spinea
In cruce serta tulit qui rosa vera fuit
Semp in altari vivit spirans odor omez
Sic replet celestes xpus odore bono
flos prati flos hic vallis flos dici agri
assimilans violas lilia sive rosas
flos prati viola flos vallis lilia capi
flos rosa utrubi sut tria forma triu
Dicat hinc humilis hic candidq hic rubicudq
Esse ihus sicut in salemone legis
Advenies humilis violaz se mostrat adequat
lilia labe cares fit moriedo rosa
De quadratura altaris
Extitit altaris quadrangula forma figurans
Qq xpc stabilis et petra firma fuit
Surgit in excelsu cubit altare duobq
Naz fuit in xpo cu deitate caro
Tendit in altu solo cubito quia solaz
Psonaz gestat qui deus est et homo
Eius mesura sut tres cubiti qr xpus
Cu pre cu flatu creditur esse deus
Auro purgato nitet hoc altare chorusca
Nempe docet xpus purificat qz suos
Inde pt dici no aureus esse sz aureu
No solu sapiens ymo sophia patris
formaz retis hiis cratis est lex nova iudi
Hec pelago xpus naufraga corda trahens
Centu ter quinos denos pisces tulit illud
In dextra missu pte iubente ihesu
ffacies per girum coronam aureaz
Aurea cingens altare corona coronaz
Iusti designat qua pr ornat eu

Non aurum non argentum non ista metallum
Sed lux vera manens gloria summus honor
Ut vetro designas candit itulque eris
Aureque esse notant anuli illud idem
Platos fortes per vectes accipe fortes
Nam Christi forte nomen ubique gerunt
Continet non intra velud status ara signat
In medio Christum vera pluisse palam Locutus
est dominus ad moisen dicens numera populum et tolle censum in vi-
rum quisque ut quisque pse offerat medietatem sicli scilicet decem obolos

Illic offerri mixtum thimiama vetatur
In Christo vivi mixtio nulla fuit
Cristus in altari quasi septus cornibus heret
Et super X sedeat curva titella brevis
Et legis hoc septum cognosces in cruce Christum
Cornua quatuor X litera sola gerit
Quatuor inde crucis signatas accipe partes
Dum per indeis in cruce Christe rogas
Non offeras super illud thimiama alterius confectionis

Hec loquitur moisi deus ut summam sibi tollat
In iudaice plebis et sua verba ferat
Bis quinis obolis culpas minerare iubentur
Mandatis legis missa tenendo decem
Unum fers obolum si non omiseris illud
Binos non mereris tres mala furta cavet
Sic tenens quot missa tenes obolos tot habebis
A culpa quorum munere mundus eris
Hec ad mensuram templi dare quisque iubetur
Nam solet in templo missio decima legi
Dives non addat pauper non minuat

Ad medium sicli dives non addere querat
Nil minuat pauper lector utrumque notet
Dives nil addit si missa decem bene servat
Et legat et teneat omne quod illa notant
Nil minuat pauper qui si deliquit in uno
Tanquam auctor dicitur esse reus
ffanes labrum eneum

Precepit hic ex ere labrum fieri deus in quo
Aaron cum pueris se lavet eius aquis

labru baptismu notat in quo quisque fidelis
mersus et ablutus crimina queque lauat
Deuote ex voce sonitu quia quisque fateri
Det in ore fidem qua sacra mundat aqua
Sufficit infanti simplex responsio testis
Si tenens ardens teneat corde uel ore fidem
Vel lacrimas aqua deuote her ut siquis ad ara
Accedat culpas fletibus ante lauet

Sume tibi aromata

P Precepit moisi quod aromata sumat et ungat
Inde sacerdotes sanctificet quod deo
Ut fiat prudens iustus fortis moderatus
Presul uel maior uel minor ista docent
His ungas oleum quod sancti neuma signat
Ad plenum sancto neumate sanctus erit
Hoc oleo testante dauid xpistus fuit unctus
Unguine leticie cum pater unxit eum

Caro hominis non ungetur eo

N Non ungent eo carnes hominum quia sancti
Afflamis ungendo carnea corda fugit
Lege sacerdotes reges quod iubente dicabat
Unctio legalis lex noua complet idem
Non ungetur eo qui culpa simonis equat
Sancta uendunt uel emunt que sacra gratis dant

Ob hoc exterminabitur a populo suo

E Exulat hic de plebe dei qui peccat in istis
Tales excludit xpistus ab ede sua

Quid significat aromata

V Verba noue legis species et aromata signat
Ex quibus in mundo spirat amenus odor
Paulus in quibus sapiens fuit ungwentarius atque
Singula disponens et bene scripta tenens

In eo loco apparebo tibi

I In quo se dicit deus apparere beatos
Septuaginta libros exprimit ille locus

Tales compositiones non fiat in vsus vestros

N Non talis vestris confectio fiat in vsus
Ut tua non queras si lucra sola dei

Vocaui te nomine tuo beseleel

B Beseleel sonat umbra dei xpisti quod signat

Discipulos / quorum nos doctrina tegunt /
Nos istorum doctrina refrigerat estus /
Et velut umbra dei nos recreando levat /
Hos velud postes ex noie xpe vocasti
p quos ecclie stat solidata domus /
Forma tabernaculi candelabri deinde / arche
Lavis / mense spes / singula scripta patent /
Precipe filiis isrl ut servet sabbatha sua
Ecce vide quid ait moisi deus / ut mea servet
Sabbata iudeus voce iubente mei /
Sabbata non servat qui non a crimine cessat /
Sabbata custodit qui bona semper agit
Sabbata cum dicat mea non intellige festa
Iudei / sed opus institutum que dei /
Completus hiis sermonibus
Hinc dato verbis lex est data scripta petris /
Saxea iudeis corda fuisse notans / Aaron
Iudeis pluribus qui mora facit moises insurrexit quod
Plebs irritata mora moisi consurgit in aaron
Pariter insistens / formet ut ille deum /
Qui precedat eos / cui credat / cui sacrificet /
Aquo responsum consilium quod petunt / ludit /
Femineus sexus spoliatur in auribus aures /
Hoc aaron auro facit in igne bovem /
Dat sacra plebs / comedit bibit et post porta
plectra movens inde psallit / et insilit /
O scelerus gentiles / homi que bovi que creator
Operiunt / et facto dat olocausta bovi /
Aurum divino quisquis preponit honori /
Supplicat hic auro / thurificat que bovi /
Sic domus moisi tua plebs peccavit / adorat
Nunc ferre deum / dedecus immo meum /
Est tua non mea plebs que non credit mihi / signa
Pristina non recolit / nec mea verba colit /
Ergo meum noli precibus retinere furorem /
Ut mea impetum deleat ira tribum /
Supplicat ille tamen / et motum detinet ire /
Sedavit que deum vox lacrimosa precum /
Quos fructus habeat simplex oratio iusti /
In precibus moisi quisque notare potest /

Descendit moyses tabulis insignis duabus
Scripta dei digito missa beata ferens /
Ante choros populi ludentes percipit / iram
Concipit in vitulum conspuit / inde fremit /
Excussit tabulas / excussas fregit / abegit
Confractas / in vitulum sevit eumque rapit /
Comminuit / commiscet aquis / potum dat hebreis /
Execrat ut fedus plora feda deus /
Devovet hic auri cor hebrei potus avari /
Nam sitiens aurum primitus ecce bibit /
Consonat hoc crassi titulo / quod corde sitisti
Primus / hoc aurum mortuus ore bibis /
Hebrei tradunt moysen fecisse quod audis /
Ut sciret solers hac ratione reus /
Nam rutilans auro monstrabat barba nocentes /
Qui patulo latices fluminis ore bibunt /
Aurum quod fudit aaron / descendit eorum
In barbas / illius qui coluere bovem /
Nequicie plenum barbe monstrat in auro /
Et culpe pondus / aurea barba docet /
Horum viginti tria milia devorat ensis /
Et cruor effusus consecrat arma levi /
Stirps collecta levi statuit super femur ensem /
Et cedens homines non homicida fuit /
Carnis amor femur est / gladio doctrina notatur /
Doctores signat plebs accepta levi /
Imponit doctor gladium femori / quia molli
Ponit carni fortia verba dei /
Recte doctores facto signatur in illo /
Ecclesie gladio quia mala simia secant /
Cum scelus ultrix studet explere / malosque
Coniunxit domino se consecrat ille manus /
Plebs peccavit ait moyses / dimitte reatum
Vel me de libro rex bone tolle tuo /
Meus domine liber est qui iustos continet omnes /
Hos retinens scriptos qui bona semper agunt /
Crimina mortis huius de libro radit isto /
Si lacrimis crimen radere noluit opus /
Cum dicit dele non se in esse veretur

Delevit moyses / crimina nulla gerens /
Non tamen domini prius hominis ulcio sedat /
Penas in iudicii fine minatur adhuc /
Sic dominus moysi discede tuos mecum ibit /
Angelus ante greges / ad loca plena favis /
Non ibo nec ascendam / quia nescio duram
Flectere cervicem / plebs incorrupta manet /
Plebs hoc audito sermone / gemendo querelas
Excitat / faciemque undosis fletibus ora rigat /
Rursum ait dominus semel adveniens simul omnes
Perdam / induentur cultibus ergo suis /
Adventum xpristi notat hic adventus utrumque /
Cum deleta fuit plebs inimica deo /
Lex perit in primo cum titus delet hebreos /
Desinet in iudicii fine gehenna reos /
Letos deponunt cultus / et veste doloris
Induuntur populus / ad loca montis oreb /
Corvum signat oreb quia contrivit ille doleuit
Ille dolore niger / iste colore niger /

De extensione tabernaculi extra castra

Inde thabernaculum procul extra castra tetendit
Legifer / ostendens hinc procul esse deum /
Nam velut in psalmo puer et cytharista locutus /
A peccante procul dicitur esse salus /
Culpa quidem longe facit esse deum / prope virtus /
Displicet ista deo / placat et illa deum /
Grande tabernaculum quod beseleel fabricavit
Non erat hoc / aliud esse probatur opus /
Federis est istud in quo dominum prece domini tangit
Legifer / ut populum federet ille deo /
Hic deus apparens / nubis que columna figurat /
Precepte carnis nube premente deum /

Cum exibat moyses iosue manebat intus

Dum foris exiit moyses iosue manet intus /
Cristus in eterna sit sine fine manet

Ad dominum precatur ut precatur dic in quo iturus sum

Dixerat moyses tecum meus angelus ibit
Nec petit ut melius indicet illud ei /
Gentium cuique datur custos sanctus angelus hic et
Ut gens iudee sub michaele iacet /
Nemo nisi michael adiutor in omnibus istis
Extitit / in libris hoc danielis habes /

Hinc deus agnoscit ex nomine, quem sibi gratum
Efficit, et dignum reddit amore suo.
Si tu ipse non precedas non ibo
Qui gressu morum sequitur quo vult deus, illud
Precedit vultus auxilium que dei
Non mitte angelum sed tu ipse veni
Nullos celestes nobis committe ministros
Tu sis rex, tu dux, tu via, tu que comes
Ostende michi faciem tuam
Quod petis o moyse, viventi non datur ulli
Post vita dabitur, visio talis ei
Ego ostendam omne bonum
Omne bonum summumque bonum, merces que bonorum
Est deus, hec confert visio sola dei
Miserebor cui et quem voluero indurabo i. non faciam molle
Et pro plebe rogas, cuius cor te latet, eque
Iudicio non clemens hinc ero corda sciens
Hinc prius huic dulcis hinc clemens hincque benignus
Efficiar, modo quem michi corde placet
Ecce locus apud me stabis in petra et posteriora mea cum transiero videbis
Terga suprema dei regum gressa supinum
Designat tempus, quo petra christus adest
Petra forata fuit, per clavis christum, et hasta
In cruce transfixus vulnera quinque tulit
Fac tibi duas thabulas ad instar priorum
Prime franguntur tabule, fractura priorem
Signat, quod fuit lex quasi fracta vetus
His tabulis quas non lesit fractura, notatur
Lex nova, que christi firma vigore manet
Ego dominus zelotes visitans penam patrum in filios
in terciam et quartam generacionem temporaliter non eternaliter
Et d'ita dapoe d' non portabit filius iniquitatem patris
Ramos corrumpit radix, vicium que parentum
Redditur in pueros et facit esse reos
Culpa parentis ade nascentes involvit omnes
Donec salvet eos unda sequentis ade
Faciam signa que iam sunt visa
Que sunt signa, quibus non illustrat hebreos
Illa dei virtus, illa timenda manus
Signa decem pharao tremuit sicut mare fluctus

Gustari stupuit pro dape manna pluit
Panit eos veniens austro pflante coturnix /
Rupem dirupiens petra fluenta dedit /
Ergo quod est signum quod visum non erit / illud
Certe quod dominus querere misit acham /
Ipsa signum dominus vobis dabit / ecce
Virgo concipiet / emanuel pariet /
Hoc dominus docuit ut hebreus vana notaret
Ut quia fidem signo virginis ille daret /

Non apparebis in conspectu meo vacuus

Ante deum vacuus nemo veniat / quia nullus
Expers virtutis / debet adesse deo

Que solennitates sunt observande

Septima lux celebris ebdomada septima festi
Insita / festivus septimus annus erat /
Multiplicatus / item per septem septimus annus
Precipit populo lege iubente dei /
Pascha sacrum primo / pentecostesque secundo
Festa tabernaculi tercia missa coli /
Stando quater denis moises in monte diebus /
Cornutus redit / missa secunda ferens /
Promebat radios facies cornuta micantes /
Nec poterant tantum turba videre decus /
Interim sensum facies gloria signat
In quo iudeus figere corda nequit /
Statuit super faciem moisi velamen / simul
Litera signat quam sinagoga tenet /
Ex nobis abrasa caligine / mistica legis
Cernimus in nobis sol sine nube micat /

Viri et mulieres offerunt domino anulos et armillas

Femineus sexus devoto sive virilis
Offert sponte suum munus in edis opus /
Anulus archani signat signacula verbi /
Non decimus eum cum quia profunda loqui
Ornamenta manus dextre dextralia dextros
Insinuat actus / nulla sinistra notant

Armillas inaures anulos dextralia

Infirmas mentes muliebria dona / virorum
Armenta / mistorum fortia facta notant /
Fortis astringens fortes armilla lacertos

Fortis doctoris / forte signat opus /
Si vo domini quis obedit probet in aure
Impleus devoto corde quod aure capit /
Vas auri mens est sapiens / spes summa iacinctus
Iusticie virtus purpura / coccus amor /
Bissus munda caro / capre quoque pili quibus asper
Texitur ornatus / aspera vita patet
Hec domus ecclesie splendore choruscat ad instar
Pavonis / vario picta colore micat
Ecce vocavit dominus beseleel ex nomine de tribu iuda ooliab quoque filium achisamech de tribu dan
Beseleel sonat umbra dei / protectio patris
Est ooliab / doctor signat utrosque viros
Doctor quippe patris summi protectus ab umbra /
Semper in ecclesiis verba sacrata refert /
De iuda trahit ille genus / de dan genus iste
Nec vero doctori dissonat ista ratio /
Iudas nempe sonat confessio / iudicium dan /
Predicat ista duo doctor ubique bonus
Completis omnibus descendit gloria domini
Omnibus expletis / dum descendit ibidem
Gloria / celesti nube tegente domum /
Tempore lucis adest illic presentia nubis /
Tempore noctis adest lucidus ignis ibi /
Lux vita iusti / nox vitam signat iniqui /
Nubes blanditur terror in igne manet /
Nam deus est blandus iustis / et durus iniquis /
Hos in nube levat / hos deus igne cremat /
Sed pietas xpi nos igni subtrahat isti /
Crimina ista lavet / nos super astra levet /
Explicit Exodus Incipit leviticus
Vox autem domini moysen vocat imperat illi
Ut sua verba ferens / plebis in aure serat
Libro premisso continuo quia legis istum
Nectit / nam scripti pene fuere simul /
Sed ne continuus tractatus tedia gignat /
Lectorem terreret inter utrosque quies /
Iste leviticus / sic et continuo iungit
Illum / qui numerorum dicitur esse liber /
Abbene declarat numerus firmus prima / locutus

Liber leuiticus

Est dictus moisi / sic habet illud opus /
Cur simili titulo non deceat exodus uti /
Post genesim querens congrua causa patet /
Hic meruit fieri mora maxima / vel subeunte
Israel egiptum / vel moriente ioseph /
Vagecra leuiticus liber iste vocatur hebrea
Vagecra leuiticus lingwa latina vocat /
Pars prior est libri vagecra / sonat que vocavit
Ex hoc hebreum nomen habebat opus /
Rem dum nec fuerat sacro baptismate tinctus /
Baptisabat opus hac racione suum /
Principiis fuit expressum fortassis in illis /
Principium verum cuncta fluenta sacrans /
Hiis ita libatis / nowis intro navita presumo /
Sanctum neuma rogans / ut mea vela regat
Vox autem dominum moisen vocat / imperat illi
Ut sua verba ferens plebis in aure serat
Cum quoque tabernaculum testimonii nomine pollet
Non pauca est racio si proprie sensus adest /
Certa fuere quidem que dicebantur ibidem /
Plus ibi teste fuit verba sonare deum /
Ecce tabernaculum de quo loquitur deus / audi
Quod notet / cunctis instruat illa domus /
Hic aperit sua verba deus / per verba priora
Hic sacri flatus organa sacra sonat /
Sic dictus moisi dic iudeis hoc vere
Sterpis / sive bovem sive daturus ovem /
Si sua victima sit olocaustum / que datur arte
Ac ex armento / masculus erit absque nota /
Id quoque tabernaculi testimonii ad hostia fiet
Ut placeat domino / gaudet quoque sibi /
Rebus in oblatis / quedam fuerat olocausta /
Quedam pacifica / lector utrumque notet /
Tota cremabatur olocausti victima / totum
Tale quid incensum lingwa latina sonat /
Solus adeps de pacificis pastum dabat igni /
Presulibus autem populi cetera pastus erant /
Sed iam spina rosam / vinum labrusca medulla
Ordeum / uteram vinum / preferat umbra diem /
Rem mundi fugiunt / bona sola sequuntur / iacta

Cordibus se mactant / sunt olocausta dei /
Hostia sunt pacis quibus non amor excogitat iram
Ad plenum / sed orant pacem / cavendum cavent /
Sed de premissis olocaustis / dissero prima
Fronte triplex quorum dicat esse genus
Primo bos / post hec ovis aut capra / deinde columba
Seu turtur / tria sunt / de quibus ipse loquor /
Rem validi membris / perfecti mente / labores
Fratribus impendunt / sunt olocausta bovis /
Rem fragiles membris humiles animo / sua prebent
Tamquam vellus / ovis sunt olocausta deo /
÷ Rem peccata luunt et penę sordibus herent
÷ Capre vel capre sunt olocausta deo // alter
÷ Rem studiis herent / cor ad alta levat et in
÷ Effugit lumine / avis sunt olocausta deo /
De diversitate olocaustorum que dominus iussit fieri
Ut breviter tactis accingor ad hec olocaustum
Quod fieri iussit de bove primo dei
Mascula sola dari precipit lex olocausti /
Pacificis patet femina mas que dari /
Nam facit infimis mediocribus vita / sed optat
Viribus insignes ardua vita viros /
Offerat ille marem sine labe / sit ergo virilis
Nil muliebre gerens omnia queque cavens /
Efficiat que bonum non laudis amore / sed ediscit
Angelice moisi qua notat illa domus
Sic dominum placabis si te fugiente favores
Hereat in celis anchora fixa spei /
Iste manum ponit supra vituli caput / illud
Expiat / et gratum perficiens quod reo /
Imponendo manum se devotum notat esse
÷ Seu dicat / munus offero sponte meum
÷ Expiat hoc hominem / si munus fronte serena
Offerat / est hilaris dignus amore dei /
Et coram domino vitulum mactabit in illum / actor /
Non homo / sed dominus approbet optet /
A pueris aaron offerri deinde iubetur
Purpureus vituli lege iubente cruor /
Altaris per circuitum fundendus ab ipsis
Est roseus sanguis desuper ante domum /

Signatur pueris aaron vigiles altare /
Altari xpistus / crucis ve domus /
Sanguine signatur hominis peruersa voluptas
Que sub corde latet / siue cupido mali /
Vita quidem carnis cruor est / sic sanguine vires
Carnales actus per mala vota vides /
Effundatur sanguis moritur caro / praua voluptas
Tollatur / cernes carnea vota mori /
Ergo per altaris circuitum fundi prohibetur /
A genitis aaron mistice iste cruor /
Cum per doctores ex corde malaque voluptas
Tollitur et xpi nobis pia facta docentur /
Altari xpo sic hostia nostra videtur
Imponi per eum / cui placet illa patri /
Siue per ecclesiam quam dexterius ac notatur
Altari / siue quis vicia nulla placent /
Quos sibi crucis recipit / tamen videt aptos
Esse deo / reliquos evomit illa foris /
Hoc altare manet foris / aut domini / quia nobis
Dum sumus hic nondum regna superna patet
Iussa membra diuisa poni in ignem
p Ille quia detracta pellibus membra secabunt
Ignibus in altari mox adhibenda erit
Sic strue lignorum posita prius / in imbecilli
Ordine deponi singula cesa super /
Pellibus detrahitur cui quibus exuit actus /
Cum foris apparet intima mente notatus /
Nam multis quedam virtutes esse videntur
Que nil virtutis / nil bonitatis habent /
Eius sunt actus ideo per frusta secandi /
Ut vite libres singula facta tue /
Ne sub virtutum specie lateant viciorum
Larue / ne turpis simia fiat homo /
Nam quia timens humilem metitur sepe superbus
Largum se parum fingit avarus opimus /
Ignis amor bonus est / qui non supponitur ab imo /
Sed datur ab occulto spiritus ille dei / frequentas /
Lingua feruens meditans relegens sacra scripta =
Ex his nutritur ille benignus amor /
Atque disponi super hoc bona facta significant /
Que bene disponis tempore siue loco /

Membra · pedes · caput / et totum ventri qd adheret
Intestina · pedes / hec duo mundat aqua /
Per caput interior intencio nra vocatur /
Que quasi precellit / et regit omne bonum /
Renes adipes ventri signant tendunt
Affectus / per quos flamma vigere solet /
Intestina notat ac velut intima / mente
In quibus introrsum sordida sepe vides /
In quibus illicita vel noxia / dum meditaris /
Tamquam corde tuo stercora feda struis /
Nra pedes opera sunt / nam quotiens operaris
Hec terrena notans pulveris in trahis /
Excedendo modum delinquis sepe petendo
Somnum / seu potum / seu capiendo cibum ·
Intestina · pedes · liquor ergo mundet aquosus /
Ut totum mundet lacrima munda malum /

Succendas omnia super altare

Et super altare succendat quisque sacerdos
Precussum totum fiat / ut illud opus /
Fortiter ut spiret oblacio talis / et astra
Transeat / ut domino fiat amenus odor /
Hic altare notat cor / in isto ligna struuntur /
In sanctis scriptis cum meditando studes /
Si studium mentis sacris committitur honestis /
Membra super ligna ponis agendo bonum /
Porta sacerdotis signatur nomine xpus /
Inflammas quidque / cogito quidquid ago /
Sic ego fio per hunc olocaustum / quem ministro
Viribus ex totis / corpore / mente / deo /
Talis amenat odor dominum / quam flore rosarum
Gratior est / superat balsama mella preit

Offeres agnum sine macula

Bove / sive capra quod si facies olocaustum
Anniculus domino detur / et absque nota /
Xpm fuit simplex nulli quam nocens / olocaustum
Est omnibus offertur caper / relinquere malum
Ut clare pateat quod idem domino sit olocaustum
Fratre cum capra lex commutatur ovem /
Hic simplex nulli nocet / hic peccata relinquit /
Pena parum nimio placat utrumque deum /
Dicatur anniculus perfectum compleverit annum /

Annus completur sole rotante rotam
Sic homo perfectus in vita simplice complet
Quidquid agit vero sole imbuente deo
Non habeat maculam nec sit mixtura malorum
Ne purum maculet actio prava bonum. Ymolabis illum ad latus altaris quod respicit aquilonem
a Ad latus altaris quod respicit aquilonem
Dicitur illud agnus ymolet ante deum
Simplicitas agni misterium docet ut anguis
Astutus simplex esse columba queat
Insidias aquilo sathane signat, et simplex
Det ad illius providus esse dolos
Audi cur sathana notat ad partes aquilonis
Inquit ponetur mesa thronusque meus
Mactatur coram domino tua victima, quando
Simplicibus oculis gratus esse studes
Ut docet hystorice scripture littera, simplex
Quid coram domino dicitur esse vide
Introitus porte sunt ad partes orientis
Solis ad occiduas intima sancta domus
In quo precepit moyses olocausta parari
Struxerat altare deforis ante domum
In sanctis domus sedes erat intus, et archa
Et cherubim species mira tegebat eam
Sic dum mactatur pecus edis ad hostia sive
Ad latus altaris intima sancta patent
Exterior penetrat aspectus ad intima sancta
Cur coram domino dicitur, ecce vides. De victima avium offeres turturem et columbam
Expinxit noster stilus hec que scripta sequuntur
Nos nos ergo decet hic renovare stilum
Ex avibus si sit olocausti victima, turtur
Sive columbinus hostia pullus erit
Mactat ad altare volucrem dabis sacerdos, retorto
Ad collum capite volvere ledit avem
Volucris inde locum rupat fundat que cruorem
Altaris que bases purpuret ille cruor
Ales utraque gemit, quam doctrine studet, iste
Suspiritudo gemat, et cor ad alta levet
Edis ad introitum bos dicitur esse crematus
Nam vim maiorem forsitan illud habet

Aves ad altare tunc dicitur esse cremandas
Ad latus altaris esse cremata videns
Doctrine studium volucres Christum quoque sacerdos
Cor notat altare dexterumque ista prius
Nam per opem Christi soli plene revocantur
Ad cor, doctrine qui meditando student
Flectitur ad collum caput alitis, ut qui corpus
Et sua respicies membra, nectitur avis
Sic mandata dei postquam recte didicisti
Respice si possis hec operando sequi
Dividit volucris caput a membris quia fracto
Vulnere non prorsus rumpitur inde tamen
Sic a te debes abscondere carnis amorem
Quod quia necesse vides, hec retinere potes
Denotat affectum, que rupto vulnere stillans
Tinxit in altaris sanguinis unda bases
Tinxcat in Christum sic cuius recta voluntas
Cum basis est fidei firma columpna domi

Proice pennas et vesicam ad latus altaris

Proice cum plumis vesicam gutturis illo
Quo cinis eicitur, lege iubente loco
In quo funduntur cineres stat solis ad ortum
Et manet altari proximus ille locus
Hic recolas animo quod purificatur corpus
Cum studiis instant victima sancta deo
Ergo quid illa notet vesicula gutturis audi
Doctos turgentes corde vel ore notat
Gutturis vesicam gestat quamvis studiosus
Inflatur sensu turgida vana sonans
Plume sunt falere cerconis picta poete
Scripta sophistarum lectio plena dolis
Sol oriens Christi lumen, cineres quoque signant
Intuitu mortis, qua cinerescit homo
Nam si respicias Christum, mortem meditaturus
Nec tumidus fies, nec levitate flues
Vesicam plumas sic proicies apud ortum
Solis, apud cineres si memorata facis

Confringes alas volucri

Confringes autem ascellas nec sectio fiet
Nullam scissuram ferrea cuspis agat
Hinc parum alas ascellis esse notatur
Contemplans virtus, cor super astra ferens

Vocis eas frangat ita quod deitatis honori
Et non ascribat munia tanta sibi
Nec secet hic volucrem nec ferro dividat illas
Sic et in ecclesia scismata nulla gerat
Namque suis meritis ascribere facta movente
Scisma pariterque mens studiosa solet
Pone super altare olocaustum
Et sup altare duo fanes olocaustum.
Supposito lignis igne cremabit avem
Vim miram generat oblacio talis odoris
Actorem domini thus amenat odor
Non iteramus ea que diximus illa sequimur
Actus corporeos spiritus illud agit Anima
sacrificans simulat similam oleum et thus
Sacrificans anima similam simulat super illam
Infundens oleum pone thura studens
Hic animam ponit lex non hominem quia tamquam
Spiritus est illud quod nova vita sonat
Furfuribus excussam tuam similam satis apte
Offerri voluerit post olocausta vide
Sic post doctrine studium cor furfure culpe
Mundum sincerum debet inesse tibi
Das similam mundum cor huius dilectio sancta
Est oleum thus est vox lacrimosa precum
Non ut turba terit fugiens a tramite recti
Omne quod offertur dicatur esse sacrum
Nam quedam sacra sunt et quedam sunt olocausta
Quedam pacifica nobis ita scripta docent
Hec quia sanctificat oblacio sancta datorem
Munera est merito nomine adepta sacri
Hec tibi si desint non prosunt bos ovis ales
Hec olocausta facit pinguia grata deo
Sic et sanctus amor que ros olei notat absens
Si fuerit, macie desiat omne bonum
Hac quoque tenens manus ad natos deferat aaron
Pontifices pro eos detur ut illa deo
Namque per electos xpi mundum cor amorem
Scitum vota patri defero iure deo
Hii sunt consilium nostrum via vita supium
Membra sacerdotis ecclesie quoque salus
Unguis ab his plenum simile tenet in pugillum
Ac olei totius thus sine parte sim

Et sup altare ponet / q sit redolendu
A dno / q ei fiat amenus odor
Deqz sacro reliquum ferat aaron z sua ples
Sancta sctorum uniis et istud erit /
De prius aaron hic vnus dicit / ortum
Duces ex aaron sanguine / xpus homo /
Hic oleo similam misces incedit in ara /
Aute dei cu meus feruet amore dei /
Altera pars aaron est ac eius pueror /
Cu tua meus eciam feus amore calet /
Sz thus affertur totu dno / qma soli
ptinet actori / vox lacrimosa precum /
Non quidem sctos vt me saluet ptor / illi
Non saluare queunt / sz dare vota precum /
In pce ponderis hic magnu qm clamat egenum
Ad dnm / memor est pauperis ille sui /
His ita de simula dictis / lex tusit ad illa
Que fieri legis traditor inde iubet /
Sz pmo clibani / pq hec sartaginis / inde
Craticule / ponit ordine sacra suo De sacrificio
simile clibani cu oblacionis sacrificiu coctu
in clibano panem simile et lagana zc
Est simula quia ros olei pfuderit / affer
Iure / q in clibani lex iubet igne coqui
Inuoluit clibanus vmino q gemet estum
Mundi pssuram deuot ille grauem /
Et nisi pcedat prius vnctio nemo salui
Meus infirma nequit tam grauiora pati /
Isti sunt panes quos sartaginis excoquit estus /
Vt sint esca dei qm mala tanta ferunt
Fermento careant / oleo spargat / vt absit
Culpa nocens / et cor scius inungat amor /
Talis erat panis ignauis inclitus / ut sic
Expositus pplo formam va ferat /
Fermentu domus sum / nisi molar ore ferare
Vt fiam panis inde et absq nota De
sacrificio sartaginis sparges oleo z cetera
Zelus qm fugit incites sartago vocat /
Nam cui zelus inest / arguit ille malos /
Sz similam spargit oleo sartagine feruam /
Vt sit amor cordis aspera va tenens /
Et sit fermentu pnil / vt mala quez recedat /

Et non fermentet intima corda ł dolus
Azima lagana sunt oleo lita / discute sensum
Ut sis in corde lenis / et ore simul /
De simila nunc quid adhuc scriptura loquatur
Cerne / minutatim divide dicit eam
Sepe fit ut doctor dum durius increpat istud
Ledat enim quos debuit esse salus
Ergo minutatim similam bone divide lector /
Ne ledas aliquem / singula verba notans /
Rursus et huic oleum super infundas / ut abundans
Sit tibi fratris amor et pietatis adeps /
Et cum sermo tuus grauis vel nimis fuerit isti
Blanditiis studeas ungere rursus eum /

De sacrificio supposito craticule

Sumus craticule que sunt superaddita torret /
Inferius lenitur assiduus quod tamen /
Cum subiectorum mala doctor corripit / horum
Obsistens uoti / proposito quod malo /
Si quid sustineat durum quod fiat ab illis
Tanquam craticule tangitur iste rogo /
Sed tamen hunc oleo similam conspergere debet
Doctor / ne pereat quem viget eius amor /
Fermento careat quamuis istud tractatur
Ut dum sustinet hoc ȷ̃muira nulla ferret

Offerens domino tradat in manum sacerdotis qui cum obtulerit tollat memoriale de sacrificio et adolebit super altare

Sacrificiis domino nil fermenti / nichil addat
Mellis ibi / neutrum suscipit ara dei /
Nam liquor est dulcis / signatur melle voluptas
Carnis / mel sapiens / non placet ista deo /
Res est difficilis que subditur / offer eorum
Tantum primitias / munera sancta simul /
Sed super altare non hec imponere debes
Ut domino fiat istud amenus odor /
Res noua / primitias dominus non spernit earum
Nunc contemplari habe que tamen ut loquar /
Sepe fit ut bona sit intencio / dum bona quedam
Inchoo / sed ledit obvia culpa bonum /
Uti iustitia volo / sed quertor in iram /
Principium quod bonum destruit ira sequens /
Carnem castigo / miseros sustento / sed inde
Nascens furatur gloria vana bonum /
Istud fermentum mundane laudis / et ire /
Per se iocundum non valet esse deo /

Ut tamen inveniat veniam, pretendere possit
Tantum primicias quod fuit ante bonum
Culpa quidem levior quia non deliberat primi
Ignorans fragilis non grave crimen habet
Et de fermento domino dat munera raptor
Fur, reus usure, cum mala prima fugit
Crudo compunctus animo miseretur egenis
Tunc male collegit dans miserando bonus
Sed magni meriti non sunt hec munera, iusti
Tempore laboris opus non cumulavit opes
Sufficit huic tantum si cor compunctio tangat
Si vetitum fugiat, si mala prima gemat
Mellis primicias offert, qui corporis escas
Utitur, ut melius serviat inde deo
Si veniens animam turbat gulosa voluptas
Propositum ledit, est veniale tamen
Si quis debilior proponit dulcibus uti
Ventri subiectum illecebrisque gule
Pauperibus si delicias communicet istas
Amica de melle porrigit ista deo
Hoc donum gratum domino non reddit odorem
Sed pravum tamen palliat istud opus

Omnia sale condias

Ame quod optuleris domino sacrum sale condi
Nec sal divini federis aufer ei
In sale signatur prudens discretio, iusti
Ut sit discretus semper ad omne bonum
Federe signatur donum lex utraque, sensu
Ut discretus homo condiat inde suos

Si iam obtuleris munus primiciarum frugum de spicis adhuc virentibus torrebis eas igni et confringes in modum farris

Quisquis domino dat munus primiciarum
Frugum, de spicis que novitate virent
Has sinis oblator flammis torrere iubetur
Et velut in morem frangere farris eas
Lex pacare simul mores despexerat horum
Cum iam perfecti sunt validique viri
Nunc docet hos deus qui sunt in lege recentes
Sed per divinum iam gradiuntur iter
Non vult mundari paleis donec sit adusta
Donec confracta spica tenella recens

Sic novus hic iuvenis nisi sit prius usque dolore
Tactus / et incipiat frangere velle suum /
Affectus mundi pungentes intima cordis /
Tamquam sint palee non removere potest /
Cum sudore / fame / carnem macerare laborat
Hac flamma paleas exuit iste suas /
Spiritus constringit proprium cum velle relinquit /
Pronus / et alterius dat sua colla iugo /
Sic fundens oleum thus imponens super offert
Primicias / domini dicitur istud opus
Leticiam notat hic oleum / quia corde sereno
Debet subiectus ferre labores omnes /
Per thus signatur oracio / namque supernam
Semper ad hoc precibus querere debet opem /
Est domini talis oblacio / nam placet ipsi
Cum dator est hilaris / qui prece querit opem /

Adolebit sacerdos in muneris memoria partem farris et olei et totum thus / quod si hostia fuerit pacificorum eius oblacio et de bobus offerat etc.

¶ Pacificus hominum mediocris vita vocatur /
Cum non sit summi / sed mala summa cavet /
Immolat ille bovem qui pro terrena laborat /
Deque labore suo dona dat ille deo /
Mactat ovem qui non aptus perferre laborem /
Eligit innocua mente placere deo /
Immolat hic capram qui post peccata reverti
Eligit ad dominum / sordida facta gemens /

De vitulo qui offertur pro peccato pontificis /

Lex docuit quid agat perfectus vel mediocris /
Cuncta racione queat iussa tenere dei /
Nunc autem si delinquat quia sit male firmi
Aut ignorantes / que facienda docet /
Hostia nunc igitur ponatur in ordine / primo
Que sit absque nota / que lavat omne malum /
Presbiter unctus eum designat / quem deus unxit
Unguine leticie / dans bona cuncta simul /
Cum licet immunis sit ab omni labe / suorum
Membrorum culpas imputat ipse sibi /
Non in se christus culpam traxisse fatetur /
Sed reus in membris dicitur esse suis /
Nec facit hic proprium delinquere / sed in eius

Suscepit culpas / ut removeret eas
Hic offert vitulum sine labe deo / quia carne
Obtulit ipse patri / que sine labe fuit /
Est vitulus ductus Christus sancta carmina ligni
In quibus extendit brachia nostra salus Ad
hostiam que tabernaculi ponens manum super caput eius
Christus enim factus pro nobis hostia / pandit
Regnum celestis hostia morte sua /
Inspice quod genus quadruplex hostiam / cunctis
precellens / grato mulcet odore deum
labe carens vitulus ex armento pecus / agnus
postea pecus turtur / sive columba datur /
postremo simila / que conspergitur olivo
Sit sine fermento / sit solida rogo /
lex iubet in populi persona pro ratione
Causarum duo / cetera sancta dari /
Est ex armento vitulus datus / ex patriarchis
Procedens Christus / qui fuit absque nota /
Nec carnis humane cuius ille aratro est sulcatus /
Multa vitulum fuge beavit eam /
Iste tabernaculi mactatur ad hostia / Christi
Extra castra quidem passio facta fuit /
Per pueros aaron dat oblatus cruor / anna
Et caypham per eos esse notare potes
Agnus item Christum poterit signare vel edus /
Christum parcens humilis crimina nostra tulit /
hostia tercia fit turtur pullus ve columbe /
In quibus exprimitur christum deus est et homo /
Est turtur Christi caro sanctum nempe columba
dicitur / affirmat hec sacra scripta dei /
De Christo clamat salemonis cantica / tamquam
Turturis est levis et gena pulcra tibi /
Pneuma super Christum testante iohanne columbe
Simplex in specie / spiritus almus adest /
Sic mactantur aves predicte / cum caro Christi
Est oblata patri flamme plena sacro /
Hec tria sacrificans offert homo scilicet auctor .
Christi in de virginea corporis habebat homo /
Sacrificans avium / christi duo dare natus
De simila legitur / enim quod notat /

Hinc quasi de multis granis collectum fideles
Eligit ecclesia / ut sibi iungat eos /
Hinc legis veteris pariter quam nove mola tangit
Ut sciat a paleis tollere grana sibi // unguit
Hinc baptisma lavat quam balsama consummat //
Hinc solidat sanctus spiritus igne pio
Hinc proximi simone brevi sunt quatuor / alti
Forma sacerdotis / cuncte quam sunt /
Mactat vitulum cum destruis esse superbus
Incipies humili subdere colla iugo /
Edum cum premitur lascivia / porrigis agnum
Cum reprimis motum qui ratione caret /
Turtur mactatur si sit caro casta / columba
Si fueris simplex / et sine felle doli /
Azima offertur panis si vera loquaris /
Fermentum falsi / nequitie quam caveas / De incre-
mento commisso agno capre turture et columba
Incrementa facis si te bis unde spondeas
Omnia dum per pia vota ligas
Sed quia nemo sui semper votum tenet / agnum
Offerat acceptum de grege / sive capram /
Active vite mores humilis notat agna /
Nam decet hec humiles / innocuos quam videas
Clare capra videns / pascens in rupibus altis
Sic contemplantis pascua summa notat /
Et bene de gregibus ablatum dicimus agnum
Sed non de gregibus dicimus esse capram /
Namque greges multos sibi copulat actio lie /
Et paucis imbibit ore venusta rachel /
Has si non poteris pecudes offerre licebit
Sive duplex turtur / sive columba duplex /
Pro cantu gemitum profert avis utraque / planctus
Ergo duos homines illa vel illa notat /
Unus erit planctus si commissum gemis / alter
Hinc non fecisti / si bona facta gemis

Allegoria de turture / sequitur /

Turtur / oblati caput inversum manet herens
Collo / nec penitus rumpitur inde tamen
Nam caput est nostrum Christum caput alitis huius
Exprimit / ceteraque cetera membra notant /
Nam licet a nobis divisus morte putetur
Firmius ecclesie iungitur inde tamen /

Naz crescente fide p9 cristum morte sepultus
Cetere messis multa sequuta fuit
Pte fuit caput messi / ptum qz superstes
Naz caro no deitas in cruce passa fuit

Moralis

Vm turtur duo mactatur scindit illi
Altera pars capitis / altera scissa manet /
Vt magis existat oblacio grata reflecti
Cogitur ad pennas / lege iubente caput /
Nobilitas capitis quo cetera membra regitur /
Mente qua regitur actio nostra notat /
Mens igitur carnis abscindere debet amorem /
Quod qz necesse videt hoc retinere pt /
Ad pennas caput inflexu notat hoc / qz deuit
Virtutum pennas semp amare bonum /
Vel caput est xpus cuius nos membra vocamur /
Factus pro nobis / hostia vera patri /
Cui quasi pars capitis / fuit inter pbs qz reuulsa
Cu caro no deitas in cruce passa fuit

Ignis in altari semper ardebit quem
apponat sacerdos subiciens ligna etc

Semp in altari manet ignis / cui qz sacerdos
Ne sit ieiunus subdere ligna studet /
Est altare dei pia mens / doctor qz sacerdos /
Ignis amor / ligna scripta sacra patrum
Ignis in altari feruet cum fortiter ardens
Estuat in nostro corde benignus amor /
Vt pascat flamam supponit ligna sacerdos /
Cum sacra vba docet doctor et acta patrum /
Nam sine materia ieiunus deficit ignis /
Sic sine doctrina marcidus arret amor /
Ppetuus manet hic ignis / quia sctus i eum
Pq mundi finem / fine carebit amor

Accepit deus sacrificium simile in sartagine frixe oleo
aspse calido quia offert ille qui iure patri succedit

Ex iubet offerri similam sartagine frixam
Ex oleo sparsam / percalidam qz simul /
Diuino placet hec oblacio grata fauori /
Nunc signatur in his gratior illa tm
Iusticie feruor sartago / res pietatis
Est oleum / decuit ista coire simul /

Iusta quippe docens ē cū spiente columba /
Nec gravitate caret nec pietate eget /
Per zelum dēt fugi sartagine / spargi
Ex oleo dēt per pietatis opus /
Sic offert similā calidam / q̄z nō sit̄ selo /
Si zelus deesset frigida rite foret /
Dicit iste pri succedens iure sacerdos /
Nā vir̄ prius est hūc imitando sequens /
Ffit q̄z qd̄ offertur olocaustū / dicit illud
Incensū toti q̄ notat ille sonus /
Sic animus mod̄ p̄dca gerens dño / totū
Dicit incensū / fixus amore dei De cauda
hostie per quā intelligitur p̄severancia
Ex iubet offerri cauda que finis hēt
Corporis / hec grato placat odore deū
Cauda nōt finē vite / quia p̄na relinquens
Ffine deo potit qui sc̄z placere deo
Ffine quippe deus nō p̄titos nōt actus /
Transactos redimit hora suprema dies
De custodia sacerdotalis officij sacerdos
accipit sibi pectus et armum separatim
Sta sacerdotis pars fiat pectus et armus
Dexter / dimisso lege iubente sacra /
Pectus doctrine locus est / nā quisq̄z sacerdos
Dēt subiectos recta docere suos /
Ffortior est armus dexter / signat q̄z q̄ eius
Actus sint fortes nulla sinistra gerant /
Armus dimissus nōt ut vincendo sacerdos
Excedat p̄plm / vel p̄plare gerens De
nadab et abiuth ferentibus igne alienū
qui fuerunt filij aaron
Vincens aaron alienus sumitur ignis /
Sz deus hc̄ crimen vindicat igne suo /
÷ Emanarat enī sua iussio / ne peregrinus
÷ Ulloneus ignis adijcer̄ ibi
÷ Sz gtra ei frē nadab p̄sumpsit abiuth /
÷ Et mox ultricē sustinuere necē // distillt
Sic qui iussa dei fugiens nova dogmata /
Ignis et ardoris estū futurus erit /

Cum sit thuribulum carbone repletus alieno
Ardor avaricie sic tua corda replet
In tali flamma domini si pergis ad aram
Victrix peccati flamma perhennis erit

Superius ostendit que sint esca sacerdotum. Nunc ostendit legislator escam populi. Omnia animalia que ruminat et ungulas dividunt munda sunt et comeditis. Que non ruminat ungulas non scindunt immunda erunt nec comedetis ex eo quicquam.

Non primus [?] istud debes cognoscere lector
Omnia que fecit munda creasse deum
Sed mores hominum vitiis pinguntur in istis
Hunc sordes atque mundiciam que notaunt [?]
Omne pecus cuius os ruminat, ungula cuius
Dividitur, cibus est mundus hebree tibi
Cum non ruminat os, nec finditur ungula
Non valet esse cibus, ymmo cavendus erit
Accipe quid notet hoc, hic mistice ruminat escam
Cum precepta dei semper in ore gerit
Ungula finditur huic, qui legis scissa vetuste
Et sacra verba nove dividit iste fide
Ruminat hebreus legis precepta, sed illi
Nutanti non est ungula fissa pedis
Nam sibi non recipit duo testamenta, precor quod [?]
Et nati non vult tenere fidem Christi [?]
Scismatica fissa manet ungula, cum precenatum [?]
Suscipit et legem credit utramque datam
Sed quia doctrinam non suscipit ore fidelem
Dicitur immundus et removendus erit
Talibus involucris agit lex ista aborte [?]
Et rebus subsunt significata suis
Iudeos quos deus quos nominat esse gulosos
Non omnes voluit sumere posse cibos
Sed legem dedit hanc et eos restrinxit habenis
Ne passim raperet cuncta libido vorax

De piscibus

Lex iubet ut pisces quos tollit pinnula nunquam [?]
Squamula, quod gustu sumat hebrea tribus
Si queris cibus esse dei mense quod superne
Piscibus, nam piscis habere stude
Pinnati pisces quos pinna levat super undas

Ille sit^d aie que cor ad alta leuat /
Per pia vota volans sursu(m) / et ad yma relabi
Cogeris / a fimo / carne trahente tua /
Vt squame squamis / sic et v(ir)tutib(us) h(er)ent
V(ir)tutes / quar(um) tegmi(n)e tut(us) eris

De auibus sequitur

m Onstrat p(er) aues ho(m)i(nu)m t(e)rena p(ro)les
In quib(us) impietas pluia (et) pauca fides /
Lex ideo multas volucres in ma(n)do / potentes
In quib(us) est culpe copia multa notat /
Ac describit eos p(er)uo s(er)mo(n)e potentes /
Cum sint s(er)uiles iusticia q(uam) student /
Nec prudens aliquis hoc casu inducet actu
Et lex bis denas ordine mo(n)strat aues /
Hic n(umer)us tipus est etat(is) robur h(abe)nt /
Lex isto n(umer)o mittit ad arma viros /
Roboris h(uma)nam p(re)supcio p(ro)cta videtur /
Hoc n(umer)o / fortes na(m) violent(er) agu(n)t /
Est radix scelerum p(re)supcio tanta / q(uo)d ames
In v(ir)tute sua spem spoliae pt
Har(um) nu(n)c auiu(m) n(ost)ra tipus q(ue) notet /
Et cu(m) penat(is) nu(n)c mea p(ro)nia volet

De Aquila

a Lta petens aquila volat alite celsius om(n)i /
Cuiusq(ue) potens tumidq(ue) corde n(ot)at cu(m) /
Vt sacra testan(tur) cithariste sc(ri)pta p(ro)phete /
In celu(m) tales os posuere suu(m)

De Griffe

g Emina(m) griffes alis pedib(us) q(ue) q(ua)drupes
Inmitens ho(m)i(n)es rapit abhorret equos /
Designat in hoc facinus crudele potentu(m) /
Cui mortes ho(m)i(nu)m cu(m) feritate bibu(n)t

De alieto

o btinet exiguas alietu(s) corp(or)e vires /
Sunt et aues minime p(re)da cib(us) q(ue) sibi /
Exp(ri)mit h(ic) aliquie qui solos vexat egenos /
Cui desunt vires no(n) violentu(s) amor

De Miluo

i mp(ro)uisu(s) adest cu(m) pullos tolle(re) miluus
Esurit / in p(re)da(m) no(n) sine fraude ruit
Huic par est aliquis p(re)da q(ui) robor(e) exp(er)s /

Fraudibus incautos insidiisque premunt
Quas demonstrat Edom Isaye lectio dicens /
Milvi convenient unus et alter ibi

De vulture

vulturis est rixis gaudere / cadavere velle
Vt cibus occurrat bellica castra sequi /
Sunt similes qui bella volunt qui castra sequuntur /
Rerum spoliis inhiant / esuriuntque lucri

De Corvo

st nigra corvus avis / est predo cadaveris / illum
Hunc male demigrat arca libido notat /
Nam prius existens homicida sui / peregrinis
Pascitur extimis / sordida nulla cavens
Sub specie volucrum descripsit legifer illos /
Quos mundanus amor ad scelus omne trahit /
Hinc aliquem tangit qui religionis amictu
Se regit / ut melius possit honore frui

De Strutione

Nvemes scripti quod pennas strutio gestet
Herodii / pennis accipitrisque pares
Sed non tam celeri viget eius penna volatu /
Ypocritamque notat / qui simulando volat /
Aurea sancta foris simulans ypocrita pingit /
Sed mala mentis intus plumbea vota gerit /

De noctua

Iatur in nocte subtilis noctua visu
Esse / intente die luce minore frui /
Hanc imitantur avem reprobi qui sunt sapientes
Ut mala noctibus agant / nec bona luce habent

De Laro

Arus est fluminis habitator et incola terre /
Nat veluti piscis / et volat instar avis
Sic equites multi quos milicie labor angit /
Sunt velut in sicco terrena vana colunt /
Nunc velut in fluminibus versantur / dum nec abhorrent
Illecebre fluminis luxuriamque sequi /

De Bubone

Mem in urbe malum bubo solis iubar odit /
Escam vestigat nocte / veretur aves
In quem forte greges avium si lumine figunt /
Conclamando volant / et clamando ferant /
Incestum notat iste reus qui corpore fedi /

Coniu' natiue mira latent' agunt
Hos inisti quasi lucus aues distercpe' q'ruit
Zelo succensi v'ba severa ferunt

De Ampitre

a Avolat ampiter ad p'de lucra / sibi q'
Desinit diu's incapiendo cibos /
Sic multi d'mis famulando sinis ad cor'
Nutu paup'ibq dampna ferendo nocent /

De Mergulo

m Mergulq immergit fluio sua mebra frequ'
Et longus gignit in latitando moras /
Exprimit iste reos carnis quos fluxa voluptas
ffunditus excercet / et retinendo premit

De Ibice

v ostru grande gerus volucru' ulli noret ibis
Sz colubros rostro diripit ore vorat /
Sic multi fugiunt alios turbac' / s; in se
Crudeles, mort' dira venena bibunt

De Cigno

c Candor inest cigno collu' p'tendit ad esca /
De t'ris ul aquis vt trahat in cibu' /
Cum vestis candore nitet / et guttur ad escas
Cu' nasis extendunt / hac imitat' auem

De Onocrotallo

p Ac onocrotallq cigno similitud' dat i ???
Ac vterus quida' faucibq eiq inest /
Extrat' cupidq implere nescius / aleo
Colligit hic totu' quidquid h'ic p't /
Nuc rapiut p'mo mox reddit in os et i aluu'
Veram fert / tuq' 2mmiet ille cibum /
Princes opu' cupidq / qui 9struit oppida / q'a
Ventre recondat opes / hac imitat' auem /
Cum tantos cumulat fructq / ut plurib' a'nis
Consumi nequeat tantq ac'uis op'im /
Postea si sit opus ppos extendit in vsus
Et velut alvq cas / ventre receptat opes /

De porphirione

p Porphirio morsu bibit omez gurgite pictu'
Tingit / et ad rostru' fert alimeta pede /
Cum quod agit / facit hac ad velle suu' / sibi
No' aliis / tanq' singula tingit aqua / fideus

Naq pt p aqua signari fluxa voluptas
Vnde te qpellit, quod p iniqua fluas

De herodijo

Erodius celer in pda, q falco vocat
Vtit alaz remige, falce pedis
Iste reos signat ad praua volare paratos
Quoz sunt celeres ad mala queq pedes

De Caradrione

Arula caradrion avis est, illos q signat
Quoz bella inias garrula lingua serit

De vpupa

Vpupa que melius ita dicit vpopa, indu
In fetore struit, no canit ymo gemit
Hij sunt quos indi qnus anxia cura molestat
Quoz terrenis rebus inheret amor

De vespertilione

Vespere pnq lumini vesptilio volat, pti
Pennis, p pedibq ingradiendo solet
Hic cunq metes terrena sua ditem
Efficit, huic volucri se facit esse parem
Iste velut circa terra volitat, quia veri
Luis ignoras, terrea sola sapit
Pennis pro pedibq uti dicitur, q pennas
Ejusq sensus ad lucra sola monet

De lepra et de alternantibus vicijs

Vestes mutans
Ve volat et vaga fit veste madans loca
Lepra comburi lex veteri igne iubet
Lepra vagans mutat loca cu fugiente priori
Te culpe lepram, te nona culpa ligat
Hic erat inmundus, mo fit mdg, tumet in
Quicq libido prius polluit ecce tumor
Sic loca mutauit nec veste lepra relinqt
Naz qui carne prius corde fit ecce reus

Cum fluxu sanguinis pacieba immundus erat

Is fluxu quisq pacieт seminis esse
Iudicat immundu lra legis eum
Si p vana fluens, nec corp tpa seruens
Te nona lex xpi indicat esse reum
Effluxio seminis est male semo fluens sy causa
Non aliquem fructu ille vl ille creat
Non maledices surdo nec pones offendiculum

In surdo maledicta feras / obstacla ceco
Non statuas / verum legis utrumque vetat /
In surdum maledicta volat dum carpit absens
Qui sentire nequit spicula missa sibi /
Ceco proponis obstacula, dum male docto
Petraudi prebes per tua verba viam De
vitando appetitu laudis histolie cum ingressi fuit terra
quam ego dabo vobis et plantaveritis in ea ligna pomifera
auferetis preputia eorum. poma que germinant inmunda erunt vobis
Lignis pomiferis plenos virtutibus actus, Anno
Accipe / plantant sensibus illa pius /
Auferes preputia lignis / dum nec bona laudas
Que suspecta tenes pro novitate sua /
Poma quidem que germine fuit inmunda vocantur
Nec recte nostris usibus apta placent /
Nam si laudantur operis primordia nostri /
Non pastum laude / cavere decet
Si te flos pascat propter primordia ligni
Plantati / pomo vesceris ante deum
Hinc eucharistia puer in psalmis sacre clamat /
Ante diem nobis surgere vana salus /
An diem surgit vite principiis in umbra
Gaudens / cui nec dum lux sine fine micat
Loquere ad aaron homo de domo tua per generationes
maculam non offerat panes deo non accedat ad
ministerium eius claudus et torto naso etc.
Satur hic cecus / qui mundi pulvere plenus
Ad lumen vite carpere nescit iter /
Est claudus qui novit iter, sed currere tardus /
Heret in hac mundo / carne ligante pedem /
Nasus fetores discernens, nasus odores
Verum discretivam rite notare potest /
Est parvo naso qui non intelligit illud
Quod legit / et doctum tamen se esse facit
Est torto naso qui dulce fatetur amarum
Et sectos actus iudicat esse malos
Fracturis pes et fracta manus reputatur in illo
Quem claudo peior / ad bona nulla valet /
Hic est gibbosus quem mundi sarcina curvat /
Nec facit cordibus summa videre sinit /
Est lippus cuius mens ingenio micat iuxta /

Est carnale tegi illud operatur opus
Albugo cecat oculos et denotat illud
Rem tamen et ascribens candida facta sibi
Per ingentem scabiem succensa libido notatur
Efferuet uel fetet corpus utroque malo
Vlus auaricie notat impetigo ille decorem
Membrorum cordis polluit illa decem
Pondere deprimitur qui luxurie fugit actu
Sed tamen in corde si sonet illud opus
Predictis maculis si quis se senciat egrum
Lex iubet ut paueat non sacrat ille deo
Sic et predictis uiciis quicumque notatur
Cuiusque carne sacra non habet ille frui

Explicit leuiticus Incipit liber Numeri

Vocat quem moise deus et iubet ut numeret
Omnibus ex tribubus fortes ad arma uiros
Dicitur iste liber numeri quia stirpis hebree
Exprimit electos denumeratque uiros
Hic et dena quater et mansio bina tenetur
In tot castra lata fixit hebrea tribus
Per tot ab egipto lata donec moise sepulto
Jordanem tenuit flexit hebreus iter
Octavos ex habraam tot matheus geminatos
Ordinat donec uirgo maria parit
Hic sacer est numerus sub quo ihesus a patriarcha
Primo descendens te sacra uirgo subit
Tunc quasi jordanis diuina fluenta bibisti
Fonte sacri flatus plena rigata fluens
Nam fugit hinc mundi qui per tot ibi loca donec
Terra sibi detur lacte fauus quasi fluens

Prima Mansio

Mansio ramesse prior est qua plebs hebrea
Nato per pascha luce sequente subit
Cum uer in risu prorupit cum mense tuto
Quia cum pleno lumine luna nitet
Ramesses nomen ex se misteria profert
Hoc nomen resonat motio sine nota
Vt te de mundo moueas bonus esse uiator
Incipias xpi te tuba sacra monet
Vt fugias hyeme scelerum te floribus ornes
Morum uirtutum luce choruscans eas

Secunda Mansio

Serie sequens locus est socchoth h' tētoria tēdunt /
Azimaque hic panis incipit igne coqui /
Motus ab egipto veluti tentoria tendis /
Ad patriam vite si pperare studes /
Azimaque et panis coquitur tibi / qui veteri
ffermento vitii te facis esse novum

Tercia mansio // ignis

Tercius extat etham loco / et robur sonat :
Et nubes prius hic visa fuere loco
Robur habe mentis / spiritualis accipe nubes
Nunc ama xpm / si bene carpis iter

Quarta mansio

Mansio quarta pharath os nobile dicitur / ore
Post robur cordis nobilis esse stude /
Oris nobilitas te ditat · possidet · ornat
Si non sermo / volet turpis ab ore tuo /
Ex hoc turba loco / transit mare mergitur hostis /
Expirat pharao / tangitur in marath

Quinta Mansio

Mansio quinta fuit mara cuius potus amarus
Sed dulces ligni missio fecit aquas /
Nunc predicta vide quibus bonus es viator
Cerere cepisti qua ratione viam /
Te prius ut fugias mundum / xpi tuba monuit /
Castra paras fidei robur hebree studes /
Baptismum roseo perfusum sanguine xpi
Ingrederis rubri quod notat unda maris /
Hoc in fonte sacro / tua culpa velut tuus hostis /
Naufragium patitur / non tua membra tamen /
Hoste carnis victo quasi cum victrice maria /
Dicens cantemus laus tibi summe deus /
Post mare succedit mara / cuius potus amarus /
Post baptisma solent aspera multa sequi /
Sed ligni missio facit hinc dulcescere potum /
Si xpi retines mente fide crucem

Sexta Mansio

Sextus helym locus est bis sex fontes ibi / palme
Sunt septem decies / discipulos que notant
ffontes maiores / signat palme que minores
Discipulos / unus signat ipse duos

Hauris doctrine potu de fontibus istis
Et fidei fructus colligis in bonos
Septima Mansio scilicet Jamsuph
Vedas partes terre que retro videz mare rubrum
Septima post sextam masio scita fuit
Vnde notare potes quod post bona que facis ait
Sepe tuos oculos scita porta rotas
Octaua Mansio — artes
In loco octauus rubet aut odium sonat
Demonis odire te sonus iste docet
Nona Mansio
Ausio noua sochta pulsatio dicitur intra
Ecclesiam pulsa dona petita feres
Decima Mansio
Post istas in aliis locis est ubi manna
Manet coturnices vesce vlgo habet
Manna loco datur in decio quod qui hic sonat
Jussa decem celi pane fructur homo
Vndecima Mansio — fontem
Vndecimus raphadim locus est vomit hic petra
In spem christi cum latus hasta forat istud
Hic iosue pugnat moises quod manus leuat
Extat ymago crucis que donat omne malum
Consulit hic moisi ietro signans quod demum
Cederet antiqua lex veniente noua
Dissolues fortes raphadim sonat et tua virtus
Dissolues sathane forcia vincla viget
Duodecima Mansio scilicet Synay
Cor imple potes duodenus si recolatur
Cetus apostolicus cordibus amore tuum
Hinc merito scriptum est synai mox duodena
Mansio rursus enim vox sonat ista sima
Ecclesiam quod notat in qua fudere cruorem
Discipuli christi cum sancta via sonat
Precepit hic moises legis data iussa teneri
Et ac tabernaculum vasa intere fiunt
Pontifices vestes vario fulgore venustat
Certo distribuunt ordine quaque tribu
Milia sescenta tria quingenti quod fuerunt
Et decies quinquaginta qui viguere viri
Sed tubus vina leui nuo plebes ab illo
Cena dei assumpsit ad sua iura suum

Illi quos moises armavit misit in hostes
Servorum xpi mistica bella notant
Ense manu iaculis illos pugnare decebat
Hos pugnare decet spe pietate fide
Cum de vitandis superfluis cogitacionibus tractaret
admetum est quod nazarei capillos mittant et post ea
madant et in ignem mittant
Primo mittitur nazarei coma deinde
Tondetur post hec uritur igne sacro
Sic in corde fovet mala sepe superflua mistus
Propter virtutes quas videt esse sibi
Hac quasi comam tondet cordis compunctio more
Forcipis et totum scelus adurit amor
Cum de platis tractaretur admetum est quod moises
crebro esset in tabernaculo more boni prelati
Sepe tabernaculum legislator intrat et exit
Prelatos qui sunt liam rachel quasi notant
Intrat ad amplexus et ad oscula blanda rachel
Prelatum cuius cor super astra volat
Exit et ad liam cum plebis pondera portat
Post quasi favos dulces pocula dura bibit
Sepe tabernaculum repetens moises stat ad archam
Ut de re dubia consulat ille deum
Sic redit ad mentem doctor sacra scripta requirens
Cum de re dubitat quam penetrare nequit
Cum de vitandis concupiscenciis tractaret admetum est
quod levite abradant pilos suos
Visque levita pilos radat de carne levita
Dicitur assumptum per socios quasi notat
Humana pilus est in carne superfluus illud
Quod mens illicite cogitat ergo notat
Unde deum assumit quod ei desinat omnes
Motus ex animo radere debet homo
Quod radi non evelli pilus ille iubetur
Doctrine magnum non leve pondus habet
Radices non extirpat rasura pilorum
Sed rasi crescunt fructificant quasi pili
Sic licet expellas omnes de corpore motus
Non tamen hinc penitus cuncta fugare potes
Hoc de carne trahis quasi semper alit modo pugnam
Inter hes cum quo pilia semper agis
Ergo necesse manet tibi semper iesse novacula

Vt possis omnes hinc reserare polos /
Nam reserabis culpas studiosi cura laboris /
Seu sorpes sua sine novacula potest /
Dum de pfitorum et impfitorum opacion tractare
admitti est quod levite ab anno xxv^o ministraret
ab anno quinquagesimo custodes vasorum fierent
q Ve de stirpe levi tibi orta creatur / ab anno
Bis deno quinto / fruit in ede dei
A quinto decies anno committitur eius
Cure vasorum / cura iubente deo /
Annis bis denis quinis quoniam viget etas
Florida / petis obvia bella notat
Nam flos etatis temptanti congruit hosti /
Carnis / et etatis surgit utrique calor /
Per quinum decies dum cum bella quiescunt /
Reprimitur metus / post fera bella quies
Vasa greges signat / quos pastores hic sinat /
Cum norunt domita carne quiete frui /
Nam quos vexat adhuc tenere lascivia carnis
Improba pastores non decet esse gregis /
Fac tibi tubas argenteas quarum clangor
excitet populum ad movendum castra
d Vplex argenti tuba ductilis esse iubetur /
Iussa dei complens doctor utraque gerit
Est tuba doctoris vox / argenti nitor oris /
De plumbo falsi si nichil / illud habet /
Ductile cresit opus dum tuditur asperior extat
Doctoris merces si paciens agit /
Concusso clangore tubas dum turba sonantes
Audit / quem decent castra movere monet
Vox ita doctoris quanto suptilius intus .
Corda ferit / tanto forcius illa monet
Mansio tredecima cabroth
t Ezna et decimus locus est ubi plebs cupit ollas
Egipti / manna respuit igne perit /
Inde nota quinquagesimis ad carnea vota recurrit
Angelico spreto pane / tremendus erit tolle
lxx^ta viros ex omni populo et dabo eis de spiritu meo
e Ex sensu mosi tulit hic aliquid deus in
Septem bis decies dans sua dona viris
Sic vere pennes in carnis mbe / replet

Orbem tr[ah]at numeris ymbre suo /
Ex lingwis denes septem populo veneti /
Tum data est moisi spiritus ille datur /

Locus quadragesimus asserotth

r Est quadragesimus locus in quo murmurat aaron
Et soror in moisen / cum nova sponsa datur /
Post illud murmur / perfudit lepra mariam /
Una perseptenos sustinet illa dies /
Sic velut in xpm / quoniam de gentibus ortam
Colligit ecclesiam murmur hebreus habet /
Nec lavat hanc aliquis lepram vicij / nisi septi
Spiritus / ad fidem cum sinagoga redit

Locus quinquagesimus

r Ecthma loci quinquagesimi pro intrat hebreus /
Et nomen sonitum numperum ve sonat /
Si primas lignum cinis obtegat hunc / i[n] anni
Has durare facit nec perit ille calor /
Te decet hic ut sis mentis fervore calescens /
Et claro sonitu verba benigna feras /
Ex ista donec veniat ter dena secunda
Mansio / res varias colligit iste liber /
Quas quia dinumeras non per loca singula terno
In que loquar id quod habetur ibi /

De viris exploratoribus terre promissionis

a Ad sancta mittitur humani proceres duodenni /
Tum terreret populum dum redierat sim /
In ligno pendet botrus / depingitur istic
Cristi pendentem in cruce sancta caro /
Murmura vulgus agit formidans bella gigantum /
Diffidens animo / deficiens quod sibi
Bella monet nolente deo / gens chananeum
Vincat / et discat que sacra rite colat /
Sabbata non servans hic ligna leges lapidatur /
Cum multis abyron terra datam que vorat
Inter defunctos et vivos cum prece psallit
Stans medius / thuris placat odore deum /
Aaron virga parit fructum cum flore / paratur
De vitula rufa victima grata deo /
His ita succinte libatis de duodenis
Principum firmat litera nostra viris /
Hij signant scribas qui scripta prophetica norunt

Credere puti nec metuere deum /
Scita sunt tellus pitare vegimus aluij /
Hinc fructu vite mirificum qui tulit /
Terruerat moisi legatus vulgus / ut hostes
Se non sperarent vincere posse suos /
Sic sibi turbe turbantes corda movebat
Illam / ne xpm credet esse deum /
Despiciens manna plebs illa / nigras petit ollas /
Nigra suis vicijs plebs negat ista fidem /

Quod filij israel cupiebant ollas carnium egipti pepones porros et cepas

Illarum carnes peponum fercula / porros
Cepas pro manna turba gulosa petit /
Quosdam gentiles simus esse modo nutrit /
Cum pro divinis terrea vana petunt /
Interim mentis designat manna saporem
Atque egipti denotant esca malos
Carnes ollarum carnalia facta figurant /
Hinc velut in vetita carne libido coquit /
Hinc earum pepones signant mala dulcia / tamquam
Ocia sunt / somnus gaudia blanda quies /
Porri vel cepe mala signant aspera / tamquam
Sunt rixe sanguis furta rapina dolus
Illa trahunt oculis lacrimas / ita non sine fletu
Possunt ista geri / vel sine peste gravi /

De botro

Vectibus pendentem fert botrum pertica xpm /
Super pendentem suscepit ara crucis /
In ligno botrus est pendens in cruce xpe /
Profluit hinc vinum profluit inde salus /
Eliciunt prelo de botri grana vinum /
Pressa crucis prelo sanguis et unda fluit /
Altaris calicem potus tam nobilis implet /
Lingua sacerdotis cum sacra verba canit
Sunt duo vectores botri gentilis hebreus
Hic prior / ille sequens / cecus hic / ille videns
Cum prior est dorsum tunc vas cecat hebreus /
Ne videat xpm credere dominum ei /
Sed plebs que sequitur gentilis lumine recto
Heret in hunc / xpm mente fide quam videns /

De homine sabato ligna colligente

Abbata contemnens homo lingua leges nocet illos
Cum mala multiplicat et sine pace manet
Ut tremebundus abiron datan et chore temptat
Contemnissa dei scismaticos quoque notunt
Cum statuunt altare recens et scismata querunt
Cum baptisma novat ceteraque premunt
Sed sicut pereunt illi telluris hyatu
Sic istos vindex puniet ira dei

De exitio chore

Sulphureum fumans mortuos vivos et acerbe
Defunctos aaron flens quoque precans quoque stetit
Sic placare deo iustos quoque reos quoque sacerdos
Debet et ad celos fundere thymia precum
Oret ne iustus de iusticia cadet oret
Ut pravus surgat et mala prima fleat

Quomodo virga aaron floruit et frondiut

Virga levi viruit inter virgas duodenas
Florens que remanent absque vigore manent
Sic christi corpus de mortis pulvere surgens
Ad vitem florem morte stupente redit
Sed vite virgarum que non habuere vigorem
Arida post mortem corpora nostra iacent
Et veluti virge vernant floribus aaron
Emittunt meritum presbiteri quoque gradus
Florida sic christi surrectio denotat ipsum
Esse sacerdotem qui rogat ante patrem

Aliter de eadem virga

Aaron virga dei virgo peperisse ferunt
Arboris illa mores etheris ista deum
Fert sine radice profert sine seminis usu
Arida virga nuces integra virgo deum
Cristum hominem christum quoque deum pariente puella
Nux favus electrum prodit ymago trium
Nam sicut cere mel teste iudeo aurum
Iungitur argentum sic caro iuncta deo

Precipe filiis aaron ut adducant vaccam
rufam integram in qua non sit macula nec portaverit iugum et tradent eam eleazaro
qui immolabit eam extra castra et intingens
digitum in sanguine eius asperget contra tabernaculi fores septem vicibus comburetque eam etc.

Ro nobis oblata pri caro candida xpi
Vos est rufa / crucem passa / cruore rubens
Cristi perfectos actus vacce notat etas
Integra Nam xpus perficit omne bonum
Vacca iugo macula quia caret / quia xpc ab omni
Peccato liber vixit et absque nota
Extra castra foras eleazar ymolat illam
Immolat auctorem / sic sinagoga suum
Illa necat xpm peccaminis expte malorum
Ex dextorum parte benigna manet
Hic extra portam patitur qui porta salutis
Nobis illius passio facta fuit
Intinges digitum sacrifex in sanguine contra
~~Claustra tabernacli respergit sanguinis unda~~
~~Cum de morte dei pectora nostra dolent~~
Claustra tabernaculi spargere nomine cum
Fit pax per digitum discrecio congruit illi
Districtos sensus ergo notare potest
Sanguine sic tingit digitum cum sacra recordans
Vulnera / discrete quisque fidelis agit
Claustra thabernacli respergit sanguinis unda
Cum de morte dei pectora nostra dolent
Septenis vicibus digitum de sanguine tingit
Perfecte xpi probra crucem qui sequitur
Post carnem cum pelle simum cum sanguine torres
Oblatum sacrifex mittit in igne bovem
Vel caro vel pellis xpi carnis notat actus
Humanis oculis qui patuere foris
Sanguine signatur vita interna / forenses
Vivificamus actus / carnis cor quia foveus
Exprimitur quia fimo sitis esuries labor angor
Mors dolor et quicquid est sic passa caro
Singula das igni cum corde vel ore fateris
Flamme facta sacro que deus egit homo
Hiis cedrum flammis ysopum coquunt quia sacerdos
Tradit / virtutum sunt tria forma trium
Nam quisquis recolit xpi mortem / talis igne
Cremeam virtutum debet habere trium
Una fides / alia spes est amor ultima virtus
Has ysopus cedrus coccus ubi quia notavit

Pectoris hinnuleos ysopi devotio mundat
Nos quia fides mundat corda quia munda facit
Alta petit cedrus putrescere nescia celi
Premia spes spondet que sine fine manet
Tunc nitet in cocco gemini tinctura coloris
Est fraternus amor et deitatis honor Ventum
ad mansiones et sextadecima est Ramoth

r Ramoth germinatio mali dimissio fertur
Et sextusdecimus dicitur iste locus
Ecclesie sancte germen signatur in isto
Nomine quod mundum replet odore bono
Que veluti multa tegit uno cortice grana
Sic populos plures colligit una fides

Decima septima mansio

l Lebna sonat laterem qui fit de pulvere terre
Septimus et decimus dicitur iste locus
Sepe quidem constat dum per loca plurima lusis
Incertis lateres terrea facta sequens
÷ Est later omnis homo terrena cum actio cuius
÷ Cum quia sit in morem terre lapidescat homo
÷ Et talis doctorem si arripiat ab illo
÷ Ut later ablutus non erit absque luto
÷ Nam contra monitus nequam responsio prodit
÷ Et sic turbo luti turbidus inde fluit

Decima octava mansio

o Octavus decimus locus extat Ressa sonatque
Frenum docens gressum te retinere vagos
Nos si deligimus debes imponere culpe
Frena vagos gressus per sacra iussa tenens

Decima nona mansio

Que te suscipiat moriente t'ra / sepulcrū
Post vite metā oferat illa michi /
Ruth nōt ethnicā sctām de gentibus ortam /
Que pmo coluit idola plena dolis /
Nunc colit et recolit sacra vera / dm̄ q3 fatet̄
Hic solū scti que coluere patres /
Que per ventura se spernit / quo cado xpi
Ascendit p9q3 ptulit ille crucem /
Ruth noemi sequit̄ cū gens prisca / parens
Moribus / et meritis / est imitata patres

De egressu noemi in t'ram isrl q3 secuta ē ruth

Intrat cū noemi ruth t'ra plebs hebree /
Cū noua ceperint ordea falce meti /
Hec petit arua boos spicas ibi carpit eundo /
Obsequijs gratam se facit esse suis
Est sibi dispositū pp̄ter sua facta / q3 illam
Ex abrae generis semine ducat homo /
Et qui dicatur in stirpe ppinquior illi /
Sz vir tātis ei ducere posse negat /
Mox alij cedit et se discalciat ipe
Se q3 suo pnat iure / suo q3 loco /
Iste boos dns vobiscū pmo ad illos
Dixit / qui segetes falce ferente metit
Laude fauente decem maiorum / ruth dat̄ illi
Nam sensus erat / iste ppinquus ei /
Hic attende loci tui qui legis ita / iohannis
Baptiste formam sustinet iste locus /
Nam velut iste soror cognatus / se negat illa
Ducere / sz p9 hec nupsit illa boos

Sic et precursor / que plebs credebat hebrea
Xpm / non xpus nomine inquit eis /
Est sponsus quem vos nescitis / et eius amicus
Stat foris / et gaudens credit et audit eum
Hoc vero se precursor discalciat / eius
Corrigiam non sum solvere dignus ait /
Hoc quod modo proprius se calciat / huius amictu
Carnis cum tegitur / ut fonemur ei /
Ergo ruth ecclesiam signat / quam boos christum
Iungitur illa boos / iungitur ista deo /
Maiorum quam decem benedicit sermo duobus /
Ut det eis fructum / qui dare cuncta potest /
Hec notat illa decem benedictio / que benedicta
Gens salvanda iesu nomine semper erit /
Nomen enim ihesus iotha littera prima vocatur /
Demonstrat quod ihesus / significat quod decem
Vita per hoc nomen datur omnibus et benedicta
Absque ihesu solo nomine nemo potest /
Ille boos de ruth genuit obeth pater iste
Efficitur iesse / fit pater iste david Explicit
liber ruth Incipit prologus in libro regum
Post librum de iudicibus sacra lectio tractans
De regum titulis / nobile ponit opus /
Sic post iudicium sequitur regnum / quia primum
Iudex xpus erit post sua regna dabit /
In libris regum nova fit mutacio rerum /
Eligitur samuel cum reprobatur hely /
Rex david efficitur / dum reprobante saulem /
In solo xpo transit utrumque decus
Iura sacerdotum veterum novus iste sacerdos /
Et regum veterum rex novus iste tulit // sophim

Incipit liber regum

Monte maneus efraim civis de ramatha //
Vir fuit unus / et huic elchana nomen erat
Elchana qui dei possessio dicitur / illos
Signat / quos deus possidet auget amat /
Quos rex virtutum titulo virtutis honorat /
Cuius fuit mente viri nil muliebre gerit /
Et quasi sit unus quia non mutatur / et unum
Mente deum recolit ac imitando colit / fructus
Monte manet efraym quia semina petit / que

Reddunt ista duo montes effraym quod notat
Summi rama sonat sophim speculum quod illis
Alta dei querit ut speculentur eum
Anna fenenna due soli nupsere marito
Hec sterilis partu fertilis illa fuit
Gratia dicatur hec conversio dicitur illa
Suscipit ista fidem deserit illa malum
Primo fenenna parit quia te christo mutans
Dat primos fructus ut mala prima gemas
Post hec anna parit quod dum peccata relinquis
Dat bona facta tibi gratiam larga dei De
oratione anne in sylo et ortu samuelis
Vna preces fudit mediis in pectore fundens
Anxius clamans vox lacrimosa subit
Concipit illa parit samuel procedit ad ortum
Grata deo plebs dignusque amore puer
Ablactat puerum mater donec puer expers
Lactis fiat et hunc offerat illa deo
Nullus quippe nisi puerilis exuat actus
Iustitie fieri victima digna potest
Tres ducens secum vitulos modiumque farine
Vas quod merum portans astitit illa deo
Tres mactat vitulos quia lascivos domat actus
Et tres personas credit inesse deo
Effermentum veterum eiciens mens pura farina
Exprimitur sperans gaudia summa mero
Nam quod merum reddit cor letum spe quod significat
Hunc tibi promittit gaudia leta poli
Compensat unum dampnum puer unus avara
Nature redimit unicus iste manum
Hec fuerat sterilis prius et confusa dolore
Fit fecunda deo cantica leta canit
Sic ait ecclesia sterilis fuit ante frequentans
Idola nunc fructus protulit illa bonos
Hic est celeste canticum que genuit anna
Ore quod illa canit hec operando facit
Canticum anne Exultavit cor meum in domino
In domino sperans exultat quisque fidelis
Corde nec immundo gaudia vana gerit
Exaltatum est cor meum in deo meo

Or cornu vere crucis inclita cornua signat
Nunc nos exaltat / gaudeat qz deo
Dilatatum est os meum super inimicos meos quia letata
sum in deo salutari meo
Vera salus xpus te letificat / quibus hostes
Expugnes / cui dat sacra vita tuo
Non est sanctus ut est dominus
Non est sanctus ut est dominus / quia solus ab omni
labe fuit mundus / sanctificans qz reos
Neque enim est alius preter te
Et nisi tu non est alius / qz sunt nichil omnes
Dii quos mentitur / aucta forma deos
Non est fortis sicut deus noster
Et nisi tu non est fortis / quia fortiter omnes
Expugnas hostes / forcia queque domas
Nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes
Nil altum sapiat tua mens / nil lingua loquatur
Falsum / scit dominus omnia corda probans
Arcus fortium superatus est et infirmi accincti sunt robore
Qui se sperant / interno dicitur arcus /
Hos dii valida frangit illa manu
Infirmi qui sunt humiles virtute fruuntur /
Hos deus exaltat corda superba premit
Repleti prius pro panibus elocaverunt se et famelici saturati sunt
Ex antiqua prius qui pane replet hebreos /
Quos nunc ut suos respuit ira dei
Hz plebs gentilis veteri que lege carebat /
Nunc fruitur sacro pane / dei qz verbo Donec
sterilis peperit plurimos et que non habebat ff
Numeros septem septe pueros in hebreo
Non plures / Annam quos habuisse ferunt /
Non tamen Anna pares peperit nisi quinque fatetur
Iudei genitos a samuele duos
Dum confert Anne pueros nam / fenenne
Mors aufert pueros / illa dat / ista rapit /
Istius lucra sunt / illius damna / fenenna
Amittit pueros / dum parit anna suos /
Sic beat ecclesiam nunc plebs larga bonorum /
Et sinagoga suis est viduata bonis /
Per septem designat perfectio sancte
Ecclesie / que nunc perficit omne bonum

Suscitans de puluere egenos et de stercore eri pauperem
Exat elatos humiles sublimat egenos
Ditat / feruidos rebus egere facit /
Est puluis tumulus stercus derisor hebreus
Fitque homo xpistus pauper egensque etat /
Ihesum de tumulo pater exaltat / erigit ipsum
Sordida de manibus o sinagoga tuis /
Pre iubente crucem patitur vita qui resumit
Cristusque ad infernum tendit / et inde redit
Ut sedeat cum principibus et solium glorie teneat
Et sedeat cum principibus / principes apostolorum /
Super discipulos regia sceptra tenens
Domini enim sunt cardines terre et posuit super eos orbem
Cardinibus partes bis binas amplexe mundi
Est orbis celum continet ista deus
Pedes sanctorum suorum servabit et impii in tenebris
conticescent / quia non in fortitudine sua roborabitur vir
Eius sanctos servabit / tradet iniquos
Nocti / non poterunt verba superba loqui
In virtute sua non generis mercedula vires
Accipit / in domini robore robur habens
Dominum formidabunt adversarii eius
Dusat ei qui non peccat veretur /
Et miser in mundi fine timebit eum /
Et super excelsis in celis tonabit
Scandens celos deus tonuit / duodenos /
Discipulos mittens qui sacra verba pluant /
Sine minus tamquam tonitru sic terret iniquos
Ignis qui finem nescit adire mali
Dominus iudicabit fines terre et dabit imperium
Et terre finis hominis post ultima pena
Emulis / aut regni premia finis emet /
Virtute dat eis qui mundum vincere norunt /
Et tamquam reges se macerando regunt /
Et sublimabit cornu xpisti sui
Xpisti precelsus erit et precelsa potestas /
Cum sibi coniunget / omnia membra simul
De mutacione veteris testamenti in novum
Mira prophetarunt quae sunt predicta / figuratis
Et iam mutari decet ordo vetus /

Et nunc implentur in xpo singula fructu
Dum gens nostra parit et sinagoga perit

Allegoria de Samuele

Cinctus ephot samuel domini studet esse minister
Cum parvam tunicam texuit anna parens
In tunica parva fidei doctrina notatur
Qua teneras animas gratia mater alit
De lino quod fit per ephot caro munda notatur
Nam tales famulos xpus habere cupit

De transgressione ofni et finees filiorum heli et comminacionibus contra ipsos

Octo duos iuvenes ofni fineesque parente
Spreverunt sacra dei nec temerare timent
Pro quorum culpa damnatur heli quia valde
Impius in pueris per pia verba fuit
Corripuit pueros tamen hic dulcedine patris
Non vice pastoris nec gravitate senis
Sic pastor qui non subiectos corripit iram
Omnium patris emeret tacere dignus erit
Et modo quod vir veniens ad hely denunciat illi
Huius dolor expectet se pueros quod suos

De tertia vocatione Samuelis quam domini

Ipse puer samuel domini ter voce vocatus
Indicat eiusdem damna doloris heli
Signat vox ad eum ter facta quod ipse sacerdos
Et quod propheta dei dux quod futurus erat

De morte heli et filiorum eius et amissione arche

Inde filisteus pugnans impugnat hebreos
Adducens archam querit hebreus opem
Sed tulit hanc hostis fugit israel occidit ofni
Et finees populi milia multa cadunt
Cum male subiectos docet hic extinguitur extat
Adiuo quia sic nomen habetur hely
Ofni vesania conversio denotat illum
Cum male conversus ad bona nulla studet
Est oris paries finees illum quod figurat
Cum piger et mutus de bona pauca docet
Vlus hely geminum dat nunciata fama sagittat
Corda dolor subitus sella relicta cadit
Una residebat hely retro de sella cadit illud
Innitentur deo qui super astra sedent
Transiit ad gentes testamentum vetus illud
Qua tulerat hostes archa notare potest

Iura sacerdotum veterum periisse figurat /
Mors Ophni Finees quos periisse legis /
Unius coniux quorum viduata marito /
Tacta dolore parit et pariendo perit /
Sic post extinctum veteris decus ordinis hesit
Nunc carnaliter hic mox synagoga perit /
Lapsus Heli retro de sella declarat hebreos
Pontifices reges sede carere sua

De constitucione arche in templo dagon et quod dagon prostratus est ante eam

In templo dagon archam posuere maligni
Nunc primum tercie luce sequente notat /
Tunc illum tollunt in propria sede reponunt /
Nunc primum prostratum mane iacere stupent /
Ipsum prostratum terre / caput et male fractum
Abscisas quoque manus eius utrasque vident /
Sic post Christum dominum testamentum vetus / istas
Transiit ad gentes idola vana ruunt /
Nam vanum cultus opus ipsum sit reseratum /
Abscisis manibus quemque notare patet /
Per caput abscisum destructa superbia primi
Demonis exprimitur / que fit origo mali /
Fine significat opus hoc in limine fractum
Namque solet limen terminus esse domus
Nam dorsum dagon confractis omnibus eius /
Membris invenit nec leve pondus habet
Exprimit dorsa fugam nam quemcumque fugatur
Dorsum prebet ei qui sua dorsa premit
Sic instante nove legis virtute fugatur
Idola / vivifice dant sua terga cruci
Dagon triste prius sathana notat / iste
Nam natat in mundo plurima prava gerens

De passione philistinorum et reductione arche

Accharon quia raptam domini duxere / dolores
In loca cogunt posteriora pati /
Corporis in parte percussi posteriore /
Hos qui respiciunt posteriora notat /
Nam legem domini suscepit / et ultima parte
Diligit / ad penam cogitur inde trahi /
Ad mala que fecit unquam flectat retro / visus
Et tamquam sterum exprimet illa sibi /

Intestina patet sequitur putredo / recedes
Flagris immures dentibus illa forat /
Sedes pelliculas faciunt sibi / qui patiuntur
plagas / conveniunt / consilium que petunt /
Ex auro quinque faciunt anos / totidemque
Mures / hos · illos · portet ut archa dei
Ut tam deformis illorum plaga quiescat /
Ut sanet turpes splendida dona notas /
Sic qui sunt maculas per sensus quinque secuti /
Ad veniam veniat si sua facta gemat /
Si quinos sensus convertunt ad cor / et intus
Capsellam mentis / dona preces que locant
Sed licet munus se convertat / tunc illos
Reddit devotos / gratia sepe dei /
Et bene quinque notavit urbes que quinque signant
Sensus / quos demon ad sua vota trahit /
Iste sunt urbes azoth · gaza · geth · ascalon
Accaron / quod monstrat nomen lector habe /
Nam sonat azoth vox ista mei patris ignis /
Inflammas sensus pater est ille sathan
Gaza sonat fortis / nam demon fortis illos
Urget et infestat quos cupit esse suos /
Est geth torcular / quia demon pocula mortis /
Exprimit iniustis / luxurie que merum /
Ascalon infamis rogus est / quia reddit iniquos
Omnibus infames / demonibus ignibus edax
Accaron tristitie doctrina sonat / quia demon
Per sensus carnis nil nisi triste docet
Archam gestantes super imposita sibi vacce
Nunc nulli dederant colla premenda iugo /
Vaccas designat homines mundum fugientes /
Quos delectorum nullus onustat amor /
Pignora non retrahunt illas a tramite recto /
Istos non revocat ad mala carnis amor

De tonitruo facto in estate ad preces Samuelis

Post moriente heli casu plebs stirpis hebree
Subdita confidens sub samuele fuit
Qui pro plebe rogans dominum / fusis precibus omnes
Impetrat effectum dans olocausta deo /
Instantes dominus tonitru perterruit hostes /
Et dare devictos terga coegit eos /

Hic samuel int masphat veterem quoque noua que
Auxilij lapidem ponit / ait que sinus
Contulit auxilium nobis hucusque creator /
Cum non abierit deseruit que sinus /
Vox sonat hec masphat iterum / per vocari
Auxilij opus / quod meditando teneas /
Namque vigili meditans intende det / ut acti
Deponat veteres et noua facta colat /
Ad dominum clamat samuel voce dei audit /
Et pluuiam messis tempore mittit ei /
Vos pluuie sunt verba ihesu / sunt tempora messis
Dum xpistus gentes corda docendo metit /
Tunc sancte collegit in horrea gentes /
Adveniens xpistus / et sancta verba pluens
De officio filiorum Samuel quibus spretis populus posuit sibi regem Saul
In populo iudex samuel post magister hebreo
Tempore non modico nimis tenendo doces /
Ast eius pueri non missa prima sequentes /
Amicas reperit nequiciam que sequi /
Quos populus non ferre valens sibi querit iungi
Regem / par alijs gentibus esse volens /
Eligit ergo deus ad ceptri regna saulem /
Vngitur hic olei rore / iubente deo
Hac in parte quod est vnctus / signare videtur
Cristi / cum nomine vnctio sancta dedit /
Omnes precedens populi per sola saulis
Arpates oculos attonitos que facit
Exprimit que xpistus pulcher quam preterit omnes
Cum caput est nostri nos sua membra sumus
Hac in parte quod est reprobatus et expulit illum
Rex dauid hebree plebis magno fuit
Namque per aduentum xpisti nascentis honore
Regni totaliter perdit hebrea tribus Et
Jonathas gustans mel transgressus est
Hic saul pugnare volens ieiunia cunctis
Indixit / donec hostica colla domet /
Sed ionathas cuncs mel / virgam tingit in illo
Gustat. vidit. lucem fruendo nonam
Videratque ipse prius / sed quod fuit ore / coniuncto
Post gustu radios luminis dante nouos /

Cui facies eius fuit exhilarata eluceus
Dicitur ex poculis ignem fuisse nouo
Vidit quod tetigit vetitum / non vidit ad illud
Quod cecus fuerit / lux quam daretur ei
Mel notat illecebras cetrinus quia sperne decet
Quem xpi miles mediturus esse cupit
Hinc loquitur salomon meretrix habet ofula mellis
Et dulces stillat ab eius ab ore fauum
Vix ionathas meruit populi prece dona salutis
Vix ita saluatur quem caro blanda trahit
Et saul vicit amalech
Versus bella saul siccus amalech premit hoste
Sed contra dominum missa pepercit agag
Exprimit hoc factum quod nulli parcere iustum
Debet pecco / sed mala cuncta terat
Rex quia postea dno non prorsus obedit
Arripit hunc domini spiritus ecce malus
Sed si spiritus est domini / cur est malus iste
Dissolui nodum per duo verba potest
Hunc dominum monstrat ab eo data iusta potestas
Post velle malum dicitur esse malus
De unctione dauid in domo patris
Hinc samuel ysai petit in rege dd vngi
Ex olei sacro rore iubente deo
Iste notat xpm / quia xps dicitur vnctus
Crisma facit xpm balsama crisma creant
Dum pro omnibus fit grex homini / sic a sinagoga
Transiit ad gentes xps eas quia regit
Nam quod vnxius fuit vnus est ablatus hebreis
Nunc pascit gentes et donatur eis
De cytharisatione dauid coram saule
In varijs vocum modulis cantare peritus
Auris pascebat corda trahendo dauid
Ecclesiam nobis psallente voce canora
Nunc varijs resonat cantibus ista nouit
Psonitus cythare qua tangebat dauid / ater
Spiritus exibat / rex quia serenus erat
Non erat in cythara vis tanta / sed in cruce xpi
Dulcisona cuius illa figura fuit
Lignum cum neruis extentis / passio xpi

In cruce signatur demonis arma terens
Nudo david occidit ursum et leonem
Ex david est factus leo preda / necat david ursum
Dum predatur oves / ille vel ille suos /
Est ursus demon / aut xpistus leo · pastor
Ecclesie / fortis xpistus utrumque terit
De morte Golie
Virginis magnus vicit puer ille goliam /
Nam virtus humilis corda superba domat /
Quinque tulit lapides de flumine quinque videtur
Hii lapides / moysi significare libros /
Denotat hunc mundum flumen / quia quodque quod hic est
In mundo / velut fluminis unda fluit /
Torpebat velut in flumine lapides / in hebrea
plebe / prius nichil huic / utilitatis erat /
Sed lex ut prosit / accessit gratia legi
Per xpistum sine quo / lex bona nulla facit /
Hic ubi mulgetur lac colligit ille lapillos
Inde figuratam gratiam lacte patet /
Dat gratis mater lac / quod si forsitan absit
Cum capiat mater nascitur inde dolor /
Lac igitur est dulce quod matris ab ubere stillat /
Nunc datur a xpisto / gratia dulce sapit /
Quinque ferens lapides iacit unum / quinque fuerunt
libri / sed xpisti prevalet unus amor /
Hostis percussus fronte lapis hic / ubi xpisti
Signum non habuit / perdidit ille locum // eius
hoste david victo rapit huic gladium caput /
Amputat inde / david noster et istud agit /
Ex quo simul sathana presserunt / quam tyranni
Illi desperunt / suscipiunt que fidem /
Et dum verbi serunt fidei sathana que repellunt
Tunc hostis certum funditur ense suo
De cantu mulierum et indignacione saul contra david
Cum david inde redit / mulierum pompa canora
plaudens gaudium laude resultat ei /
Et variis modulis mistica mille sauli
Conclamat regi / milia decem david /
Hec laudes odium pariunt in corde saulis

Nec potuit leta fronte videre dauid /
Callidus ergo dolis fraudes in pectore voluit /
Per quas pereret victor honore suo /
Vult ut nubat ei micol sua filia / centum
Si prepucia vir victor ab hoste ferat /
Sz contra votum regale / dolusque malignus /
Pro centum victor ille ducenta dedit /
Sic dominum vult xpm iudea necare / salutem
Gentibus inde parit / vnum nocere parat /
Pellicculis precibus ille datur / ex hoste maritus
Pacta fit / regis filia nupsit ei /
Sic xpus gentes prius elegit quam sponsaret
Et post hec illi nubat hebrea tribus /
Gentilis propter pelli prius est reserata libido /
Ad fidei gremium post sinagoga redit /
Hoc scriptura sonat / quod gentiles prius intrant
Ad xpm / post hec saluus hebreus erit /
Gentes abscisis signari credo ducentas /
Pellicculis / carnes que reserare student /
Saul voluit perforare dd' lancea cum staret ante eum
Crevit inde furor / sic in dauid arsit / ut hastam
Dirigeret / cythara dum regit ille manum /
Declinante dauid non audit hasta saulem /
Sz solus paries saucius inde fuit /
Quid sibi vult quod cum regem vesania turbat
Per cythara demulcet hunc cytharista puer /
Rege saule potest iudea superbia notari /
Est humilis xpi vera figura dauid /
Cristum plasphemans dum iudeus fuit / illud
Tanquam per cythara dulce loquendo sonet /
Est cythare cantus evangelii sonitus / illa
Regem demulcet hoc mala corda docet
Dum cytharista canit / rex hasta mittit ad ictum
Suscepit paries vul[n]era parcente dauid /
Sic cum dulce loquens xpus cytharisat hebreis
Hunc inferre necem querit hebrea manus /
Sz dum primus abit ad gentes / non nisi sola
Duriciem potest sauciat hasta mali
De statua simulata et fuga Dauid
Recipit ergo saul legatus / ut dd' eidem
Occidet / hunc primat / micol sic ille fugit /

Ingrediens qz domum statua cu pelle pilosa
In lecto positaz / inimica turba videt /
Denot illa domus xpi sollenne sepulcrum /
Ad quod custodes misit hebrea tribus
Ut xpm seruet dd' et primi nubeatur.
Intra septa domus vacua quod ista volut /
Cum no amisit sib intra septa sepulcri /
Sz sib omissus in cruce xpe ihesu /
Exprimit hoc xpi corpus / quia tolle nome
Cristi surgentis / velle nequit ipm est /
Crede no posses in xpm / si magis esset
Vero custodum falsa loquela potens /
Corrupti precio finxerunt / du sopor instat
discipulos furtim membra tulisse ihu /
Ut dauid decubat nil egit rex / ita xpi
Tolle no potuit nome hebrea tribus
Offendit statua regis famulos / ita xpe
Est lapis offendes filiis hebree tibi
Denot hoc edi pellis / quia visus hebreis
Est quasi peccator / qui fuit absqz nota

Mychol uxor sua deposuit eum p fenestram

Unde dauid fugiens / regalis cuspidis ictum
Devitans / tendit ad samuelis opem /
Turba prophetarum responsa diebus in illis
Cum samuele dabat sacra futura loquens
Ut dauid accipiat famulos rex dirigit illic
Sz fieri cepit quisqz propheta nouus /
Mittuntur rursum alii pariter qz prophetant /
Nec minus extremis gra tanta datur /
Istos rex sequitur / qui prophetando dd' habuit
Ore propheciaz / corda monente deo /
Nec stupeas illos lingua hinisse prophetas
Consiles et eos posse futura loqui
Cum balaam vates de xpo multa prophetet /
Et tamen hunc reprobum pagina sacra refert /
Ad xpm tales in mundi fine loquentur /
Fecimus ad nome prima signa tuum /
Quos xpus replicans isto sermone repellet
State foris / vanum flebitis ante fores /
Iudaim sterilem poteris signare p illos /

Nunc legem gestat nec sacra verba videt

De fuga david et morte abimelech et sacerdotum

Postea david petit abimelech qui tunc sacerdos
Officii sacri munus adeptus erat
Accepit inde sacros panes gladiumque golie
Tollit abimelech supplice voce david
Ista sacerdoti mortem rex pturit urbi
Ceadim pro quo precepit ista saul
Sic egit christus qui dum destituit hebreos
Transit ad electos discipulosque suos golie
Cum quibus ille cibum capit ex quibus arma
Tollit dum sathane fortiter arma terit
His autem quorum ihesus est in corde receptus
Induit sathanas vincla flagella cruces
Ille doec regi qui nunciat omnia judas
Proditor est per quem movit iniqua sathan
Nam per quem populus fuit perdidit ille fideles
Verba reperit insidiasque pati
Turba sacerdotum pro christi nomine penis
Subditur tortis fustibus igne feris
In suos christi tortoris dextera peccat
Istos excecat hos ferat hosque necat

De fuga david ad achis apud quem simulavit se insanum

Post fugiens ad achis ne quid pateretur ab illo
Cogitat insanum se facit ergo david
Et coram multis collabi cepit eorum
In manibus mutans os faciemque suam
Et procedebat regulus ad hostia porte
Ibat et in barbam sponte saliva fluens
Hac david arte felicius delusit iniqua regis
Evasit parvum verba necisque metum
Similiter est nomen sonuit istud achis synagogi
Signans que christum nescit eumque necat
Exterius speciem christi putans hominis
Tangebat oculis nec tetigere fide
Coram talibus os christus mutasse videtur
Pro veteris legis dans documenta nove
In quorum manibus collapsus tradidit illud
Affigendo cruci dum tenuere ihesum
Introitum fidei designat hostia porte
Hanc docuit christus ianua vera prius

Quas sup barbam legimus stillasse saliue /
Infirmam carnem stultitiam que notat /
Stultus et infirmus gentilibus est et hebreis
Visus saluator / dum crucifixus obit /
Sed prudentior est et fortior omnibus istis
Fortibus / et doctis / in paciendo crucem /
Barba viri signum signat deitatis honorem /
Et deitas fragili corpore tecta fuit /
De fuga dauid ad speluncam
[U]t vitam fugiens iterum dauid antrum
Ingreditur / faciem regis et arma cauens
Ut ventrem purget foueam rex intrat eandem /
Cuius partem clamidis abstulit ense dauid /
Qui latet in fouea tegitur tellure videri
Ne valeat / nec eum liber adire queat /
Terra caro christi est deitas hac sic in carne latebat /
Non ideo nouit fuerat eum hebreus eum /
A facie regis fugit in cauernam dauid / illic
Tempore latens / non est visus ab hoste suo /
Sic xpi corpus positum iacet in monumento /
Nec fidei lumen hausit hebreus ibi
Rex aluum purgat conceptum mentis hebreus
Dum scelus in xpm complet / eum que necat /
Sic malus emisit fidem iudeus odorem /
Innocuum perimens / nequiciaque studens
Hostem eum posset gladiare david / scidit oram
Vestis / sed vita non spoliauit eum /
Cristum non perimit eum perdere possit hebreus
Sed tamen hos regni priuat honore sui /
Abstulit hijs ceptri decus / hos sine rege relinquens
Et sine pacificis / et sine legis ephot /
Regum scindens clamidis scissura signat
Quod fuit impletum te paciente ihesu /
Ut dormiente saule et omnibus suis dauid intrauit et
tulit lanceam et ciphum quod erat ad caput eius
[S]ic alibi rursus declarat lectio regum
Cum rursus fugeret ille timendo saul /
Oppressi sompno subijt dauid castra saulis
Nec eum inuasit / nec gladiauit eum
Sed tulit hinc ceptrum regale ciphum que capace

Vrceus aque / qui stans ad caput eius erat
Dum quoque grauis sompnus per oculos serpit eius
Hic foris egressus culmina montis adit /
Sic deus perspexit xpm quasi dormit hebreus /
Duro corde manens ad bona nulla vigil /
Non ideo xpus veniens occidit hebreos /
Sed tulit his regnum ceptriferum quoque decus /
Tollitur a xpo regnum dictum / et quasi crater
Regnis aufertur / gratia lesus eis /
Quod dauid ascendit noctis hoc sublime cacumine /
Cum xpus surgens victor ad astra redit

De morte samuelis et suscitacione eius per phitonissam ad peticionem Saulis sequitur

His gestis samuel dat morti debita / cuius
Post abitum vexans israel hostis adest /
Consulit ergo saul dominum si dicat hoste
Vincere / sed nullum reddidit ille sonum /
Mox fitonissam petit / hanc rogat ut samuelem
Suscitet / abscondita qui manifestet ei /
Demonis arte potens maga suscitat iam prophetam /
Quod rex requirit indicat ille sibi /
Cecinit ait illis de morte docuit ipm /
Cum spem sileret finxerit arte sua /
Augustinus ait contingere quod licet hoc
Iusto iudicio passe sinente deo /

De infectione amalechitarum a dauid

Cum dauid tendens ad achis regem / comes eius
Fictus / et infestus israel arma tulit /
Mox amalechite res que fuerat dauid omnes
Diripiunt / siceleth deuorat ignis edax /
Ergo dauid rediens amalechitas fugat / augetur
Dederunt vlasti nil sua dampna parans /
Illic inventus est puer egiptius illic
Plebs amalech medio calle reliquit eum
Hunc dauid inuentum / vino quoque cibo quoque reficit /
Ductorem quoque sue fecit inesse vie /
Sic amalechitas sequitur / videt hostes epulantes
Ffudit quoque extinxit / victor ab hoste redit /
Egrotans iuuenis egiptiacus / quoque amator
Est mundi / vicijs tractus / agendo malum /
Sepe relinquunt hunc mundo desperatum ab ipso /

ffractus in adversis ad bona queque piger
Sz dauid inpetit hic / quia vir sepe redemptor
Suos inque sperint / ditat amore suo
Pascit eum sacra vel doreus / facies que nigrum
Tanque doctorem pfert ore pie
hoc duce gemmas amalechitas fugat angit
Opprimit / extinguit / spurat arma cruor
p hec xpus sic mdi gaudia vincit
Tres mdi temnites sperant hic pius
De pugna filistinorum et morte saul et ionathe
Jis ita cpletis accingit hostis in hoste
Bella philistei Isrl arma mouet
Intra vagina torpescē mucro recusat
Evomitur gladius eius ab ore foras
ffit satur hostilis sanguine hostili mucro
Armorum pascit sanguinis unda sitim
Regium fine dici xpatur vtile cassis
lorice membris / lora parantur equis
Collocat in collo miles clipeum / latque ensi
ffedecet / hastantes lanceat hasta viros
Accendunt litteslittui / clangor que tubarum
Turbarum turbas agmina / corda mouet
hic timet / ille timet / fugit h' hoste fugat hic
hic pmit / hic pmit / h ferit / ille fugit
plus thebarum vel troie bella nouabit
Milicie flore demetit ensis ibi
Parvus ibi tydeus ibi maius obit capaneus
Ille potens ferro / viribus ille ferox
Turbidus hic turnus / aiax ibi currunt audax
hectore troia caret argos achille suo
Tota philisteis cedit victoria / victus
Isrl occubuit / plebs gladiata cadit i. in gelboe
Sanguineo stillat turgentes tunc hinc montes
Sanguine rorantur qui mo rore carent
Se ferit ense saul / se ferro perimit eius
Armiger / hebrei hunc ait esse doheg
Tres regis geniti iaculorum vulnera passi
Aminadab / ionathan / melchisue que cadunt
Hisboseth hinc aberat / qui mas iudicat ano
Uno cepit fungi regis honore saul

Hic etiam legitur impleisse decem quater annos
Cum pater regnum cepit hic decimus
Ex hoc colligitur quod per denos quater annos
Ut dixi tenuit regia sceptra saul

De planctu saulis et ionathe a david

Flesse david scriptura refert de morte saulis
De casu ionathe quos tulit una dies
Sic quod sinus xpus in membris plangit eorum
Casum perditum genus cedere deo
Gelboe siccantur montes per morte saulis
Et fructu perdunt et sine rore manet
Gratia iudeos in xpi morte reliquit
Et summi perdunt corda superba bonum

Explicit primus liber regum Incipit secundus de prima unctione david et regno hisboseth

Post ionathe morte prius quod sim dd unctus
Rex super iudam sceptra tenebat ibi
Pocius super populos alios ad culmina regni
Hisboseth erigitur nobilis abner ope
Princeps milicie hisboseth abner erat
Princeps milicie dd esse ioab perhibetur
Inter utrosque diu movit discordia bellum
Sed magis crevit pars animosa david
Hinc abner bis sex pugnatores totidem ioab inde
Eligit ut moveat obvia bella sibi
Pugnatores cedunt simul quia non timet ensem
In latus oppositum figere quisque suum
Sed iozephus narrat ex abner parte peremptos
Esse viros pugnatores non cedunt ioab
Territa plebs abner fugit insequitur ioab hoste
Instigans pedes voce minante suos
Inter quos fratres eius non sequuntur hostes
Turbatos asael abisai quod fugant
Hic asael capreas pede sic vincebat ut eius
Crederes pennatos crederet esse pedes
Post abner volat hic primum surget lina princeps
Flectit in hunc et ait porrige frena pedi
Non mea terga premas ne te configere cogar
Cuspide sed frenum non dedit ille pedi
Hunc igitur princeps in partibus inguinis hasta

Transforat aduersa / saucius ille cadit /
∴ Dum sperat asael laudes sibi vendicat / hasta
∴ Inguine transfixo / sauciat abner eum /
Sic homines quosdam dum gloria passat manus /
Inguine secreto sepe libido forat De altercatione
inter domum dauid et saul in ebron et secunda unctione dauid
Hic pugnans domus inde dauid / domus inde saulis /
Ipse se multo bella mouendo premunt /
Sed robusta dauid virtus plus surgit in altum
plus viget hoste suo / plus probitatis habet /
De sex filiis dauid amon absalon et aliis
Orto dauid rege natiua dederunt in Ebron
Sex pueris / primis in quibus hesit amor
Ammon et celeaph ac absalon ac adonias /
Saphatias gezaram quos liber iste notat /
In quibus enituit vultu puer absalon / astris
Sive rosis / certans omnibus honore sui /
Complevit hunc tanto diuitis natura decore /
Ut sitiens et egens post sua dona fuit /
Pre pueris cunctis quos ornat gratia forme
Phenix et felix iste fit absque pare
Unam nec maculam natura reliquit in isto
Ad caput a planta transuolat ipse decor /
Vertex / frons oculi · nasus · dens · os · gena mentum
Colla · manus · pectus · pes · sine labe nitet
Aurea cesaries in vertice vritur anno
Tonsa semel siclis digna meretur emi
Frontis planicies albedine certat olori /
Sive nivi nullo que pede trita fuit
Eminet gemmas oculorum luna sidera soles
Ad quorum redit astra minora iubar
Nasi structuram moderate forma venustat /
Nec breuis aut longus sed moderatus erat
Victores eboris dentes intellige / nullum
Tanti candoris india gignit ebur
Flos nobilitatis ori contendere puro /
Non audet tantus ridet in ore decor
Alba rubens / gemino gena picta maritat
In se purpureis alba ligustra rosis /
Mentum nascentis florens lanugine / sexum
Femineum dampnans / indicat esse virum

Absque pilis candor in colli colle diescit
Nec niveum fuscat membra pilosa decus
Nulque manus pollex digitus extendere palmam
Plus dicitat pugnum quam retinere sinum
Robustus virtute foris / sensu quoque refectus
Interius / gemino pectus honore viget.
Cetera que restant erat aspexisse voluptas /
Namque exquisiti cuncta decoris erant /
Molis corporee sustentat fortiter arcus
More columnarum / firmum utrumque pedum /
De spe pueri sanent hec verba legentes /
Ad rerum seriem penna redire parat /

De interfectione Abner.

Ysboseth offendit hoc tempore dux suus Abner
Turpi dilectam regis amore premens
Sauciat ille ducem verbis / hic concipit iras /
Regnum quesivit ad David arte sua /
Sed mucrone Ioab tamquam pro fine fratris
Clam ferit hunc / pietas regia plangit eum /
Erit in hec igitur rex verba / super caput eius
Cum necis est actor / hec maledicta cadunt /
Non sit deficiens / et numquam cessat ab eius
Ede / vel ipsius stirpe sua ve tribu /
Sorde fluens / lepra patiens / fusum quoque revolvens /
Ac mucrone cadens pane cibo quoque carens
Scismaticos notat Ioab / quia semis isti
Sorde fluunt / fluxe dum mala carnis agunt
Cum lepram tollerant / fusum quoque rotant quia sectas
Sectantur varias / instabiles quoque manent
Ense cadunt / et pane carent / quia iudicis ira
Punit eos nec eis esca superna datur

De morte Hysboseth et suspensione interfectorum

Post rechab et banaa furtorum labe notati
Hysboseth insidias consilio quoque parant
Huius tecta petunt spicas quoque ferunt quasi regi
Primitias / medium sole tenente diem / purgat
Dum quoque sopor premit hanc quoque finas hostia /
Grana sui domini / clam caput esse metunt /
Hoc David ondunt speratis dona / sed illos
Suspendens ambos rex alimenta dedit

Purgat grana domu[m] q[uo]n[iam] mala femina / q[uo]m
Sperat a vicio mens studiosa bonu[m] /
S[ed] si dormitet mentis discrecio / nec[?]p[ri]m
Intrat spiritui[m] feruus / amaq[ue] q[ue] necat

De adductione arche in Iherusalem

Isboseth extincto / totale capessere regnu[m]
Evaluit p[ro]p[ri]a subdicione david /
Rex david effectus omnes sup[er] Isr[ae]l vrbis
Ierl[m] muros obsidet / hanc q[ue] capit /
Iste philisteos movet ad noua p[re]lia / p[ri]mo q[ue]
Quibus fugat et p[re]mit / et p[re]mit ense david
Inde domu[m] petit aminadab cu[m] milite multo /
Hic supra plaustru[m] ponitur archa dei
Aminadab pueri plaustru[m] q[ue] boues q[ue] regebat
Primi / precedens aioth et oza sequens /
Du[m] q[ue] david canerent et tympana tanger[en]t / errat
Declinat q[ue] boues / p[ro]na sit archa dei /
Oza manu[m] tendens accedit ut erigat archa[m] /
S[ed] nimis audacem mors fuit ulta manu[m] /
Hinc ideo dicitur meruisse necem / q[uia] nocte
Transacta / coytu coniugis vsus erat
Declarat[ur] in hoc q[uo]d si pollutus ad aram
Accedas mortis voluere dignus eris /
Hoc viso timuit d[avi]d in q[ue] domos obeth archa[m]
Transvexit / d[omi]n[u]s cui benedixit ibi
Rex p[ost]q[uam] ista sua[m] transferre laborat in vrbe[m]
Illa[m] cu[m] modulis hymnidicis q[ue] sonis /
Cogitat inde domu[m] d[omi]no fundare / s[ed] audit
A d[omi]no / templi no[n] fabricator eris /
Es vir sanguineus ideo templu[m] mi[hi] dignu[m]
Non fabricare potes filius immo tuus
Sanguineus vir eu[m] signat / q[ui] c[ri]mina carnis
Amplectens / templu[m] non valet esse dei /
Carne sp[irit]u[m] talis erigit edem no[n]
Nec sacre fidei collocat ille domu[m] /
Nam q[uam] supiectas sordes deterge[re] pure
Nescit in sua manus / du[m] tenet illa lutu[m] /
Ac oculus n[on] turbatus pulue[re] / nec visu[m]
In membro puri luce notare nequit

De contumelia quam intulit Amon famulis David
Post mortem Naas rex Amon filius eius
Effectus patris sceptra locumque tenens
Primo mittit ad hunc famulos David ut de morte
Leniat hunc et eos federet unus amor
Sed male respondens Amon missos inhonestat
Indignum reddens pro pietate scelus
Radit eis medium barbarum vestis amictum
Truncat eos nudans parte tegente nates
Sauciat hac arte David in iericho iubet illos
Abscondi donec barba venustet eos
Ammon hoc nomen dolor illorum sonat hoste
Designans per quem crescat in orbe dolor
Hic barba famulis David aufert qui nigros
Mores corrumpit qui sacra verba serunt
Crudo plus sordet virtus sermonibus corpus
Hinc veluti radi barba videtur eis
Cum quod palam populo deformia facta revelat
Hunc veluti nudas indicans esse nates
Tales in iericho maneant donec muliebrem
Deponant speciem barba professa viros
Ut quasi sint similes fiat quod purissima fama
Donec virtutum gratia crescat eis
Donec honoret eos summi clementia regis
Et dignos faciat vultibus esse suis
Dedignata genere muliebri serpere solos
Vestit barba viros fortia facta notans
Rex famulos revocat barba crescente redemptor
Maiorum virtutes crescere cernit amat
Milite collecto David hostes conterit omnes
Sic et opprimit eos qui nocuere bonis
Ipse iudicii cum venerit ordine cinctus
Angelico penas inferet ille malis
De bersabee quam David adamat et morte Urie
Ib actibus dum bersabee se tingeret unda
Heret in hac oculo rex et amore simul
Hanc rapit hac fruitur uterum producit et ipsum
Perdit bersabee concipit inde parit
Offendit dominum res ipsa nathanque propheta

Dirigit ad regem protulit ista nathan /
Quidam pauper erat / quidam ditissimus / vna
Pauper ouem / centum diues habebat oues /
Pauper ouem pascebat / ouis pascebat egenum /
Vir dabat huic pastum lac dabat illa viro /
Sustentes inopem / lana cum lacte ministras
Hec inopi victum / delicias que dabat /
Vidit et inuidit diues tulit hanc ab egeno /
Ex hac hospitibus dans alimenta suis /
Rex igitur prefer quid vir reus iste meretur /
Quod sceleris hoc det vlcio digna sequi /
Rex inquit reus est nec huius criminis actor
Bis que duas inopi reddere debet oues /
Tu vir es ille nathan ait / vriam spoliasti
Coniuge vel vita / dignus es ergo mori /
Cum fueris diues multis vxoribus / vna
Coniuge contentus ille vir vnus erat
Peccaui dixit rex inquit / ait que propheta
A te peccatum transtulit ecce deus /
Nunc quid bersabee notet vrias david audi
Signat et hec aliquod regia culpa bonum
Designat xpm dauid / vrias synagogam /
Bersabee legem / si bene queras notes /
Nuda placet regi species in corpore nudo /
Non inuestito regibus heret amor /
Nuda placet xpo / lex non vestita figuris
Candida scriptorum littera xpus amat /
Vriam perimit rex coniuge / xpus hebreos
Lege sua / dampnum nescit vteramque suum /
Quam gerit vrias / vriam lex perdit /
Hanc gerit hebreus / per sua scripta perit /
Vxores tot habens alias que dauid sibi iunges /
Cur signat xpm / cui deus ista vetet
Ista figura sunt / multe signantur in illis
Gentes / quas xpus iunxit amore sibi /

De amon qui oppressit sororem suam et morte ipsius

a Amon qui maior fuit in pueris dauid /
Concupit estuat vritur amore thamar /
Inuita inneo deflorat amore sororem / ignes

Virgineum plangit lesa puella decus
Eicit oppressam frater fugat odit / eamque
Obstrusis foribus cogit abire foras /
Absalon inflamat lese iactura sororis
Fraternam tractat corde tacente necem /
Fratres ergo suos ad mensam colligit omnes /
Percutit ense reum / regia turba fugit /
Auditu regis mors ammon vulgatur / eius
Interitum plangens regia lingua strepit
Post planctum et post gemitum mulier thecuites
Regi conciliat absalon arte ioab /
Ierusalem rediens ubi fit novus incola / currusque
Ac equites statuens efficiensque sibi
Verbis mellifluis populi venatur amorem /
Consilium prebens auxiliumque ferens De absalon qui voluit occupare regnum et morte ipsius
Post annos decies quater ad david inquit / in ebron
Pro patre duo debita vota ferens /
Cursierat anni tot ab illo tempore / quando
Urbis nobe presbiteris est viduata suis
Ut pateat intus velle deum punire reatum
Regis / qui tante cedis origo fuit /
Nec libro credas / qui quattuor asserit annos /
A falso liber non erit ille liber /
Aspirans regno per cunctas israel urbes /
Legatos misit absalon ire suos /
Ut veniat cunctis acclamet seque sequuntur
Nam parat insignem regis honore fieri /
Insignes ad eum proceres glomerantur in ebron /
Post regem sequitur infima turba novum /
Additur achitophel sibi qui velut angelus omnes
Consilii nodos / solvere certus erat /
Cor david hic rumor ferit / urbe deserit / exit
Flensque gemensque precum plebe sequente sui /
Cusis eum sequitur sadoch achimaas genitor eius
Filius abiatar flet / ionathasque simul /
Cumque david graditur semei convicia promens
Et lapides mittit turbat euntis iter /
Ille sue culpe memor / et malefacta retractans
Pro culpa didicit / aspera queque pati /

Achitophel q3 viri docti no inuicor/ mq̄t
Cuius q̄silium destrue queso deus /
Per piere pres/ chusai se finxit amicū
Absalon ee nouum/ rege iubente dauid
Ergo q̄ achitophel fieri docet vtile/ falsis
Destruit hic viis/ istud agente deo /
Achitophel q3 videns sua ponde va cadere /
P laqueū factus est homicida sua /
P̄g̃ca pugnatur plebs vincit̄ isrl/ hostes
Victos insequit̄ pars aliqua ioab /
÷ In mulo residens fugiens q3 sub arbore tūsit
÷ Absalon/ est ex se noxius ip̄e sibi
÷ Dn̄ tūsire parat ramus q̄densa reflexit
÷ Obuia/ p̄ crines arbor inextrat eū /
÷ Pendentem dimittit equ9/ pendendo reptid
÷ Pforat hūc triplici cuspide dextra ioab
Cum mulo resid& caput absalō arbor retraxit
Pforat hūc triplici cuspide dextra ioab /
Ceditur in foueam lapidū depss9 aceruo /
Suspirans pietas regia plangit eum

De planctu dauid pro absalone

Absalon heus mq̄t fili mi quis m̄ p̄ te
det moriar/ p̄ te sūt mea vota mori
Fili mi quid tu fecisti talia patri /
Vt male desineres filius esse meus /
Dico s3 querulus et si meus filius esse
Desistis/ nequeo no pater esse tuus /
Dico sed querulus desisti filius esse /
Sed tu no poteris no dolor ee meus /
Absalon heu quid te genui/ q̄ et ip̄e tulisti
Iram primito de genitore notam /
Heu q̄ tu moreris genitoris ut hostis & a me /
Eme meis nequijt istud abesse malum /
Heu q̄ dum moreris decor ille extinguitur istud
Quod genui corp9 nobile p̄do tui /
Quanto nobile plus tanto pl9 flebile corp9 /
In quo vermi sit cineri q3 locus /
Fili mi mea cara caro/ quā filius esse
Viuus adhuc posses/ fcus es esse cinis /
Si possem fili mallem te pdere viuum

Maius erit damnum te moriente meum
Non ita te perdo quod habere spes illud habi
Posse quod animo desinit esse meum
Absalon et si te perdo tamen absalon illud
Dulce fero nomen commemorare tuum
Abdita premissis pergo misteria rebus
Cernere nam sciens quod quod figura fuit
Judam suspensum notat absalon arbore pendens
Cum xpo patris oscula falsa dabat
Ille patri proprio bellis et fraude molestus
Extitit actorem prodidit iste suum
Vel potius populus signatur hebreus in illo
Cum semper xpo fraude molestus erat
Hunc cor populi tripla transfigit hasta
Namque triplex fraus est velut hasta triplex
Cordis namque timor est lancea prima secunda
Crimine avaricie tria livor edax
Elati cordis populus fuit ille superum
Cultus contempnens idola vana colens
Cordis erat cupidi mundanis rebus adherens
Armatus invidus ad mala queque celer
Invidus est factus obliquo lumine cernens
Ore malo carpens signa beata dei
Mittitur in foveam vir nequam sic in avernum
Post obitum carnis transsit hebrea tribus
Congerie lapidum defuncti membra teguntur
Pondere culparum pressus hebreus obit
De predicto rex suspirat sic xpus hebreis
Condolet illius qui studuere necem
Plangit eos pietate sua de nemine qui vult
Ut pereat sed sit omnibus una salus
Et si quidem perit aliquis sibi quod perit ipsi
Dicere si fas est quod dolet inde dolet
Absalon extincto est sublata calumnia regis
Et iam tranquillus ceperat esse david quod siba
volunt obsistere et post interfectum est in morte amalech
Cum quod tribus omnibus david diligerent inde bochri
Filius obsistat cui siba nomen erat
Ille tuba cecinit proceres hortatur abelam

Ingreditur populus Israel herere ei /
Promittens amase rex milicie ducatum /
Ut iudam glomeret precipit ire virum
At illo tardante moram ioab obviat illi
Exit in hoc verum mi bone frater ave /
Per quam manum dextram mentum tenens eius / et ensem
Per levam rapuit / cui firat ense latus
Inde ioab cunctis sociis obsedit abelam /
Ut capiat cives / intimat quam sibam /
Sed mulier cives hortando sibe caput aufert
Proiciens quam caput cogit abire ioab
Ille manum dextram mentum socii tenet / aures
Cum socii mulcet dulcia verba serens /
Per quam manum levam vagine surripit ensem /
Cum per nequiciam clam feriendo nocet

De fame et clade pro gabaonitis

Pro gabaonitis est facta fames tribus annis /
Cessat quando saul est crucifixa domus /
Marte philistei conturbant Israel / illo
Deficit in bello nobilis hasta david /
Instat iesbidenob arapha de stirpe trecentis
Unciolis ferri grandem tenendo manum /
Nititur iste david transfigere sed necat istum
Abisai / cuius transfixit hasta manum /
Tunc monuere david proceres ut bellum caveret
Ne perdat lumen tanta lucerna suum /
Pugna secundus in gob fit / sobothai cadit istic
Ense sephi / cuius fertur origo gigas /
In Gob post istam fit tercia pugna / gigantem
Bethlemita perimit a deitate datus /
Geth quartam pugnam prospexit habebat ibidem
Vir senos digitos / seu pede sive manu /
Hunc ionathan natus de fratre david gladiatus
Percutit / et saciat tela cruore viri /
Cum manibus cecidere david procerum quam suorum /
Quatuor ex arapha fluxit origo viris /
Sic per david auxilio cadit omne superbum /
Et deus in membris vincat ubique suis /
Ergo david canit hinc psalmum / diebus mea vita
Per quam perfectam victor ab hoste fuit /

Designat in hoc venturi tempora regni /
Cum nullos hostes senciat ista caro /

De commemoratione robustorum

Ex robustorum gtexit ordo virorum /
Sectos designis ppriaciosque viros /
Rem licet alta sciat / tres psonas deitatis
Non tamen attingunt · nec penetrare valet /
Hinc est quod scriptum legis · abisahi · banaias ·
Ad tres accessum non habuere viros /
Rex siciens potum bethleem postulat undas
Tres hausere viri / tres quoque dedere david /
Ille sitim superans animi virtute liquore
Effudit votivus davus deo gaudia sibus /
Designat in hoc facto misteria xpi /
Spiritus aliquid ei sitire futura dedit /
Non siciebat aquam bethleem fonte / sed ortum
Cristi / qui voluit sumere corpus ibi ·
Effudit aquam david rex / sic prius hostiam factum
Cristus homo mixto sanguine fudit aquam

De commemoratione populi

~~Ex quo david senuit frigescere cepit / amictu~~
~~Contegit / sed non consulit ille seni~~
~~Querit igitur huic abisag quia tercia pudor~~
~~Erat flos etatis / quia decet eius honor /~~
Ex vocat inde ioab nova dat precepta vocato /
Ut populum numeret / certificet que sibi /
Milia dena quater bis in israel ille notatum /
In iuda decies milia quinque notatus /
In paralipomenon legitur quod milia mille
Israel et centum milia summa fuit /
Sed septingenta decies septena virorum
Milia de iuda colligit ille sibi /
Omnes esse quidem innatos narrat hebreus /
A duce sed summam non dedit ille david /
Dum populum illustrantum regis declarat in aurem
Numeros designatos in samuele vides /
Regna celestem parit iram culpa / propheta
Gad domini iussu nunciat ista david /
Ecce trium rerum tibi rex datur optio / septem
Annis vexabit te quoque tuos sed que fames /

Aut tribus instantes pateris mensibus hostes
Aut per tres pestis currat ubique dies
Rex ait anxietas me torquet maxima / nescat
Mens mea quid vitet / quid petat / et quid agat
Sad rudit ei / maturatum reddere verbum /
Ut me mittenti verba relata feram
Non homines inquit rex eligo / sed miserantis
Eligo velle dei / qui pietate fluit / / Ultor /
Max sequitur pestis / venit angor / et angelus =
Milia multa ruunt terque quaterque decem
Regi prouectus apparuit angelus / ensem
Nudum / vibrat / sanguineum que tenens /
Supplicat ergo deo David / ut magis ita cessat
Ut dolor hic cesset oro benigne deus
In me verte manum / scelus hoc ego hic / aut istud
Rex non grex / pastor non mea ferit omnes /
Gad imperatus loquitur David hic patet area quidem /
Hinc arcuma post / ara struatur ibi /
Rex emit hanc / struit aram offert sacra / cessat
Ira dei / cessat plaga / medela redit /
Ut prohibeat post hec ysaac construxerit aram /
Que pecudis rosco tincta cruore fuit /
Ut domino placeas offer sancta cordis in archa /
Archa dei nomen illud arcuma sonat /
Idem vir si septa notes fuit ornia vocata) /
Et lumine nobis ornia sonare potest /
Nam per fulgorem fidei / lumine que serenum /
Iusticie / placatus erit alias que deus / Explicit
2us liber Regum / Incipit tercius liber regum
Ex quo David senuit frigescere cepit / amictu
Contegitur / sed non consulit ille senem
Cui tandem iungit abisag quia gemma pudoris /
Virgina flos etatis quia bene omnibus honat
Ut regem foveat / carpit cum rege sopores
Sed rex non spoliat flore pudoris eam /
Virgo decora sacre doctrine scripta signat
Possideat cordis illa cubile tui /
Illa tuos foveat sensusque / tibi fiat adhesus /
Eius in amplexus mens tua semper erit /
Aut sicut plerique volunt vetus ille dicerunt /

Exprimitur dictis in seniore dauid /
Hunc pecudum quondam quasi vellera multa tegebant /
Cum ruerent prisce victa multa satis /
Sed fugebat amor / dum non apparuit eius
Quam genus prodijt vnde salus /
Illa latebat adhuc pietas / ultimum quod sanctorum
Quo citius fieret calfaciebat eum /
Vt semel accessit abisag virguncula / cepit
In delimito rege vigere calor
Et quia dormit deitas / in carne quiescens /
Hic abisag spem virgo beatam tenet /
Cepit rege calor per eam prodire / per istam
plenius inspexit nobis deitatis amor /
Virgineum florem non perdidit illa pudoris /
Hec illibati clausa sigilla tulit /

Quomodo adonias voluit regnare

Vartem adonias inter proceres dauid / egrum
Inspiciens prez sceptra tenere parat /
Sed sensu monitu que nathan dum que fauore /
Ascendit salemon prece iubente thronum /
Vngitur in regem / populi quod per ora resultat
Viuat rex salemon / et bene sceptra regat /
Cuius patris iussu culmen regale teneret /
Egipti regis filia nupsit ei /
Cum tu puer adhuc vndenum tangeret annum /
Natiuaz superauis incipit esse pater
Ac bis sex puer annorum / cui sacra dedisset
Grata deo meruit nocte videre deum /
Hunc deus alloquitur nunc pete quod cupis / inquit
Ille peto sensum quo mea regna regam /
Regia diuino placuerunt verba fauori /
Responsum quod deus reddidit istius ei /
Non plures annos / nec opes nec ab hoste triumphos
Quesisti / detur quod petis ergo tibi /
Non solum sapiens sed diues eris super omnes
Quos habuit mundus / quos vel habere potest /
Dormijt ergo dauid regnans decies quater annis /
Cum salemon tumulum fecit in vrbe dauid /
Hinc circa tumulum loculos octo locat auri
Thesauris illos illos diuitijs que replens
Post annos plures hircanus surripit vnum
Herodes alium / sic liber iste docet /

Rex alii loculi sunt magna arte reclusi /
Quos ita dispositos a Salemone sciens
De iudicio Salemonis et duabus meretricibus
Dum puer esset adhuc Salomon etate, senili
pollebat sensu se sapiente minus /
Traxit ad hunc nuper lis certa duas mulieres
Ex quibus hec unum protulit una prior /
Nos domus una duas habuit / illic quoque manebamus
Nobiscum / procul hic arbiter omnis erat /
Intumuit venter michi natum profero partu /
Post quoque duos alium peperit illa dies /
Opprimit illa suum depresso sopore meoque
Collocat in lecto nocte / meum quoque tulit
Res quoque dolum quoque noto lac matris volens dare nato /
Et dolus illius sit meus esse dolor /
Istius verum respondens altera damnat
Vivens / mortuus est non meus ymmo tuus /
Cum quoque stupeus populus vix hereret in istis /
Allatus gladius rege iubente fuit /
Rex inquit puerum per partes dividat ensis /
Dimidias partes illa vel illa ferat
Exclamat mulier cuius vivit puer / infans
Huic detur vivus non gladietur enim /
Viscera matris enim super illum mota fuerunt /
Affectus matrem comprobat esse pium /
Nec michi / nec tibi sit / ait altera / sed gladietur /
In geminas partes dividat ensis eum /
Matrem vera notans Salemon vivum iubet illi
Infantem reddi quem pia vera sonat /
Et quam vera prius spernebat et edita tacens
A pueris pueros esse verentur eum /
Rex Salemon cuius nomen pacem sonat / illum
Signat / qui vere pacis origo fuit /
Falsa parens sectam pravorum vel sinagogam /
Ecclesiam mater vera notare potest /
Mater falsa suum perimit / tollens alienum
Ut necet / hec heresis vel sinagoga facit /
Dum clamat mortis super infantes crucifixi
Sanguis eat per eos tunc sinagoga necat /
Nec sibi sufficit hoc / sed adducens alienos
Quos parit ecclesia / fraude necare parat /
Sed vox ecclesie dum Christi clamat ad aures /

Pro sibi sublatis sepe precando valet // ge /
In qua sinu recipit gremium quos frangis sinago
Vel frangis sacramenta sustulit arte sua /
Est gladius christi sina que sinagogam
Ac heresim reprobat etiam que innat

De enigmatibus et incantacionibus que salomon invenit

Precedens salemo omnibus racione peritos
Plus aliis sensu clarus in orbe fuit /
Scripsit enigmata tot que erant tria milia / scripsit
Carmina tot / que erant milia quinque canens /
Et tres personas credis tria milia fratribus /
Lege nova / veteris legis enigma loquens
Et sermone deo per sensus quinque laboras /
Das de carminibus milia quinque deo
Tractans in arboribus volucribus floribus herbis
Seminibus vel latet / in salemone patet /
Omnibus naturas pecudum cognovit / et omnis
Reptilis et piscis omnis / et omnis avis /
Invenit voces quibus adiurare solebat
Egrorum morbos / auxilium que dabat /
Obvia spiritibus invenit verba malignis /
Inde fugabat eos / non remeare sinens /
De que caracteribus fuit actor quos preciosis
Inscripsit gemmis mira potentis agens
Cuius cum radice qua nominat / naribus egri
Ponens / pellebat demonis omne genus /
Utilis hebree fuit ista sua genti
Ante tamen partum virgo maria pareret /
Nam tunc spirituum rabies vesana malorum
Corpora vexabat multa furore gravi /
Inde refert josephus quod miracula gerens eleazar
Exorcista fuit tempore tite tuo /
Plenos demonibus hic coram vespesiano
Ac subito sanos hac racione dabat /
Ut que probaret eis vir per nares pariter
Egressurum sathana vas statuebat aque /
Egresso sathane tunc impetum dabat / ut vas
Vertens / egressum se manifestet eis /
Egrediens demon metuens precepta iubentis
Evertebat aque vas laticem que simul De
disputacione salomonis a cedro usque ad ysopum

Disseruit salemo a cedro donec ad herbam
Que na dicit ysopum / aure pa sonat
Cedrus sublimis deus est / ysopus breuis herba
Est homo xpus est solus vtrumque simul
A cedro xpus paruam descendit ad herbam
Ad carnem veniens a deitate sua
Aut ysopus signat humiles, cedrus quoque superbos
Justum iudicium xpus vtrisque dabit
Porro sup ligna rex disseruit quod pedens
In ligno xpus iudicat inde reos
Templum rex salemon in tribus xpc in alt
Construit / illa domus preterit / ista manet
Cum cedris libani / lapides parat et politos
Rex etenim opus erigit inde suum
Virtutum merita animas polit iste fideles
Rex celi fabricam subleuat inde suam
In regis templo non est audita securis
Nullus in etherea sede tumultus erit
Malleus hic tunus est / que te pana tudit
Vt sic ad celi regna politus eas
Quot cubitis constet et quid domus illa figuret
Discute nunc lector qui sacra va leges
In longum decies senos / denos ter in altum
In latum cubitos bis gerit illa decem
Per longum longeua fides signatur in ista
Vita / que per secla currit in orbe dies
Per sublime nota spem que consurgit in altum
Vt tres personas in deitate notes
Per latum quod habet cubitos decies geminatos
Designat amor fratris amor quoque dei
Celestis fabrice structura bonis fabricis est
Surgit / xpus opus perficit inde suum
Interius ligno paries tectus fuit omnis
Viuifice quoque crucis istud imago fuit
Que sanctos omnes in vera pace manentes
Protegit / et munit / consolidat quoque fide
Dum fieret templum nebule caligo repleuit
Certe nec poterat presbiteri quid agat
Caligo nebule turgentes plebis hebree
Doctores. duces pontifices ve notat
Quorum mentes sperneres in xpm crede inquam

Aspicit erroris nube p̄lecti repleta d̄m
De bobus eneis quas salemon fecit in lavatorio
In teplo sitos ex ere boves duodenos
Inṫ res alias a salemone sitas
In labro quod erat ex ere boves locat iᵒˢ
labrum sine boves terne quid ysta notat
Bis sex discipulos ex ere boves duodeni
Designat xp̄m qui studuere seq̄m
Quod resonat sint ex ere boves q3 clari
Oris ap̄lici sparsus vbiq3 sint
p labrum terre credimq3 signari orbem
Tunc plustravit illa beata chors
In v̄tute p̄ris nati flati q3 beati
Baptisaus gentes instituens q3 fidem
Vt iozephus scribit dū rex salemo opq3 illud
Construit inventus est lapis vnq3 ibi
Qui nulla potuit in templi parte locari
Donec suscepit angulq3 hoc res enim
Excepit hanc petram sublimior angulq3 edis
Tunc gemino muro fibula facta fuit
Inde david loquit̄ʳ repbq3 lap̄s in caput edis
Efficitur de quo lingua multa stupent
Est lapis hic repbq3 mediator que repbat
Tunc cruce dampnant livor hebree tumens
Sz surgendo caput fit nr̄m cui sinagogam
Ecclesie socias nectit vtrinq3 sibi
Vt nil de gemmis nil de lignis preciosis
Nil de sculptur̄ deliciis ve loquar
Auri fertilitas argenti copia nullus
Exprimit̄ʳ vis qua nitet illa domq3
Cum p plateas lapides spargunt a terius
Argenti fieri nō potuere pares De trono
eburneo salemonis que fecit in domo saltus
Inter opes alias quarum florebat honore
pfestina salemon gstruit arte thronum
Vendicat ex ebore sibi materiam thronq3 auro
Regia nobilitas vestit et ornat enim
Auro fulgentes eboris candore lenindi
Bis sex assurgunt respiciunt q3 thronum
Nec duo maiores alii desunt ibi leonum

Possidet hic dextrum possidet ille latus
Totum sustentat sedem duo brachia senos
Sculptor in ascensu fecit inesse gradus
Tam festiva fuit predicte gloria sedis
Omnibus in regnis spreuit hic parem
Rex salemon christus maiestas munus aurum
Alma parens thronus est et pudor eius ebur
Bis sex discipulos bis sex assignos leunculis
laudibus instantes virgo maria tenens
Est gabriel dexter leo leuus virgo johannes
Virgineus custos ille uel ille fuit
Cum bene dicatur propter duo verba leones
Nam quasi rugitum vocis vterque dedit
In modo gabriel sic rugit aue maria
Et leo sit gabriel indicat iste sonus
Est verbum factum caro promunt ora johannis
Dum tonat hijs verbis fertur et ipse leo
Sex bona sex gradibus signatur pax modus equum
Spes robusta fides integra verus amor
Brachia que sedem cingunt vtrumque figuravit
Cum simeone ioseph qui tenuere ihesum
Par opus huic operi nusquam monstratur homini
Nulla par poterit esse maria tuo De regina
austri que venit de finibus terre audire sapientiam salomonis
Austri reginam de finibus orbis ad vrbem
Iherusalem regis fama stupenda trahit
Plurimus hanc cetus comitatur aromata gemmas
Ornatum auri plurima dona ferens
Que regina saba proponit enigmata soluit
Rex salemon reserans clausa stupenda docens
Auribus illa bibens verum vocis sua pascens
Sensus delicijs lumina tota stupet
Que vere famam testata fuisse minorem
Inquit quod famam vincet ille suam
Dans auri gemmas species et aromata regi
Suscipit ex regis plurima dona manu
Vnam radicem que nutrit balsama regi
Reginam iozephus scripta dedisse ferunt
Vt radicis odor vites imbalsameth inter
Engaddi vites hac posuere viri

De ligno quod ipsa vidit in domo saltus

Post reditum regina sui / quod dicere prius
Noluit / hoc absens per sua scripta docet
Indicans certis regi memorabile lignum
In saltus positum manet esse domo /
In quo pendetur vita pendens homo / cuius
Pro nece ius regni perdet hebrea tribus /
Hoc metuens salemon rex / intra viscera terre
Abscondit lignum / delituit que diu
Donec promeruit piscina probatica / cum
Christe tuum tempus illud habere sibi /
Esse crucem dicit hoc lignum nobile / cuius
Virtus extinxit lumine hebree tum
Ecclesiam regina notat de gentibus ortam /
Que mundum fugiens querit amando deum /
Dat gemmas / caste vivens / dat aromata spargens
Virtutes / aurum dat sapienter agens
Sensum imitatur salemonis dum sacra Christi
Verba legens / in eis mistica multa videt
Involuit regem processu temporis error /
Eius corrupit cor mulierum amor /
Uxores que suas metuens offendere / celi
Non timet offensam / numina vana colit /
Ut rex inveniat veniam / fatos que reatus
Peniteat / hoc misticum lectio sancta docet /
Cum sit item dampnatus et eterno datus igni
Lex proprium nulla temporis habet
Imo salvandorum dormire per illud
Dictum / cum patribus dormivit ille suis /
Vult quod sit salvus aliorum textus habet
Mortuus est veluti dat sua verba malus

Jeroboam servus salemonis cui dicit propheta
Ut regnaret super decem tribubus

Jeroboam servus salemonis tempore quodam
Egrediens in agrum extra cepit iter
Cui clamis ornabat nova mox occurrit haias
Bis sex in partes dividit hanc / et ait
Tolle decem tibi scissuras / deus tibi dicit
Tot tribuum princeps et ductor eris
Possideat que tribum salemonis filius / unam
Ne penitus pereat tota lucerna david /

Jeroboam turgens isto sermone laborat
Ut plebs excutiat a salemone iugum
Hac causa salemo parat huic gladiale sub ite
Jussit ad egipti regna cavendo necem
Sustinet in reditu moriturum tempora regis
A quo diu vivit esse remotus amat
Intra salemon sapiente peritior omnis
Asseruit sensus pignora grata sui
Nam tres composuit celesti nectare plenos
Quos quasi dictavit vera sophia libros
Primus adit teneros nam per proverbia primis
Moribus imbuitur vita tenella bonis
Proximus a primo qui dicitur ecclesiastes
Spernere per vertos omnia vana docet
Tercius ad celum rapit et tercio iusti
Vel contemplantis querit ab ore legi
Nomina greca duo primi tenuere latino
Tercius eloquio cantica nomen habet
Hebreus masloth primo choeleth quoque secundo
Sirasirim dicit posteriore libro
Unde vero vox ista sonat de materiei
Sublimi quoque venit condicione stili
Cetera premissis sicut consuevit hebreus
Dicto que prestat mutualis agit
Hiis etiam tribus est unum sapientia nomen
Tamquam materie pro racione sue
Nam mos certe est quociens aliquem legis hortari
Supprimit salemon et sua causa subest
Sunt tribus hiis siles alii duo quos salemoni
Attribuit sed non editor ille fuit
Imo ihesu magni pronepos ihesus edidit unum
Creditur et reliquum composuisse philo
Iudeus fuit hic hic autem grecus et ambo
Summos doctores nomine utrumque tulit
Illius liber est idiomate scriptus hebreo
At liber istius gramata greca sapit
Porro per hos omnibus dulcedo maxima vibis
Multa quoque maiestas mistica rebus inest
De quibus hic visum est quedam debere referri

Nec magis occurrit plus qz favoris habet
De libris igitur quem plus dulcedinis hausit
Ultimus ut placuit hic recitandus erit
Equavit salomo rex bis senis quater annis
Post hec cum patribus dormivit ille suis /
Successit roboam iuvenum qui vana secutus
Surda consilium transmisit aure senum /
Ergo decem precenere tribus sermone superbo
Regnat ieroboam rex dius qz fuit /
Binos ex auro vitulos quos vulgus adoret
Conflari fecit / immemor ille dei /
Dum sacra rex offerret eis aut abdo propheta
Aras cultores destruet ira dei
Iosias de stirpe david procedet ad ortum /
Qui tanti sceleris celitus ultor erit /
Istud erit signum prius ruet ara liquescet
Sacra meis dictis res dabit ista fidem /
Hunc iubet ergo rapi rex sed manus aruit eius /
Qua precibus sanat ille propheta suis /
Mox ruit ara / ruunt sacra / rex invitat et ille
Sapit, ut secum prandeat / ille negat
Iussit ait dominus me nusquam tangere panem
Donec sit reditus ad mea tecta meus /
Decepit hunc senior falso sermone propheta /
Instinctu cuius vescitur ille cibo /
Dum qz sedens asino redit / occurrit leo / vita
Privat eum / sed ei vulnera nulla facit /
Non asinum tangit / nec defunctum leo ledit
Inter utrumque fera stat feritate carens /
Designat in hoc facto ne tu cito credas
Omni spiritui qui ratione viges /
Ergo precepta dei serves ne te leo tangat /
Qui mille fraudes insidiasque parat
Forte vel hac pena misericors deus intulit illi
Ne post hanc vitam pena sequatur eum /
Porro deceptor / rem post qua novit azellid
Ipse sibi stravit / est qz confectus eo /
Qui loca collustrans / querit / reperit qz refert qz
Corpus et in tumulo collocat ille suo /
Post obitum qz iubet precatur ut ossibus eius
Se nati iuxta consepelire velint /

Dixit enim quecumque minus gesserat ille
Hec infallibili vera futura fide
Et mortem nati quam fieri sibi sic rogat idem
Regi persuadet ut sua sacra colat
Mendaci dicens mune qz finxisse propheta
Cum morte negnijt vendidiasse suaz seneb
regni iuda et israel et quibus regnavit in terra promissionis
[S]ceptra bis undenis post qz super Israel annis
Jeroboam tenuit morte iubente dimit
In iuda denos et septem clauserat annos
Rex roboam cui lux ultima clausit eum
Post roboam regnum suscepit Abia eorum
Facta priora sequens idola vana colens
Debita dat morti cum regnasset tribus annis
Et successit ei filius asa suus
Cum deum cultor sordes extimat / azab
Destruit / excelsa non tamen inde tulit
Hic in Jerusalem regnasse decem quater annis
Dicitur ac uno / plurima recta gerens
Debita dat morti post inclita plura regum
Suscepit iosaphat filius eius onus
Natus ieroboam nadab / super Israel asse
Post annum primum / cepit honore frui
Cum prius acta sequens rex annis pene duobus
Perdidit / baasa fraude peremptus obit
Rex factus baasa iuxta silomitis ahije
Verbum / ieroboam perimit cum domum
Cum fuit in tersa rex annis bis duodenis
Non tamen implet / pessima nulla canens
Hinc obijt / post hunc regnavit hela filius eius
Et regnans annis iste duobus obit
Zamri dux equitum ferit hunc / eius qz cruore
Illius hasta bibit / dum bibit ille merum
Fit rex / omissi solium conscendit et omnem
Sanguineo baasa demetit ense domum
Non nisi septenis regnavit in tersa diebus
Extitit / agnomine Israel cuius opus
Amri constituit regem / quem clarus in armis
Cum flos militie vir qz peritus erat
Obsidet hic zamri tenet hunc / fugit hic sibit aula

Tradit en flammis se q3 simul q3 domum
Porro deum spernens amri sup Israel annis
Bis sex regnat et nece dignus obit
Filius eius achab regnavit sup Israel annis
Iste bis undenis fultus honore fuit /
Omne scelus regum qui precessere reatu
Precessit peccatis / iniustitiis q3 suos /
Natam methabaal regis sibi nupsit / adorans
Idola / iezabel ista vocata fuit
Iste baal servit / dni contemptor / abhorrens
Cui tandem templum fabricat q3 baal /
Edificavit ahiel iericho construxit in eius
Ipse / quam iosue via severa luit /
Filius eius obit primus dum construit urbem /
Dum portas ponit ultimus eius obit /
Mox ait helias ad achab ros non vel fiet
De celo / donec stillet ab ore meo /
Precipit helie deus hic / abscondere degens
In torrente carith / confluet esca tibi /
Te dape pascet ibi corvorum cura / ministrans
Panes et carnes / vespere mane feret De
helia et eliseo et de ministracione corvi allegoria
Ecce quod helias notat / aut elizeus obumbret /
Cerne quibus magnum signa dedere deus /
Dum famis est tempus / corvorum cura ministrans
Heliam pascit / dans alimenta sibi /
Mane ferens panes / prebens in vespere carnes /
In tali victu magna figura latet
Peccatum est corvus sed dum peccata fatetur
Pane cibat fidei hunc quasi mane deum /
Credens quod nostra caro mundi fine resurget /
Dat carnes tamquam vespere christe tibi /
Est velut esuriens helias / quando salutem
Esuriens nostram / nos pie christe vocas /
Mittitur ad viduam vir prudens / audit ubi a
Ante meam mortem colligo ligna duo /
Nomine non solo lignum signata / sed ipso
Lignorum numero ligna fuere crucis /
Hec sacro benedicatur ore farina /

Ac oleu vidue fertilitas q3 fuit
Munda caro xpi sacra c̄smatis unctio p[ri]us
Hec duo signari rite p[er] illa duo
Siue farina fides opum dilectio feruens
Est oleu misticis no[n] perit iste cibus
Per viduam de qua tamen viduam viduitat
Ecclesiam sapiens quisquis notare potest
Orbis rapit hic puer viduæ vir suscitat in
perditus fertur iste fuisse ionas
÷ Hinc redit et hic de fertilitate rogatur
÷ Ille sacerdotes mandat adesse baal
÷ Si deus est aut ille baal clamet ad illud
÷ Det q3 pollens pluuias fructificet q3 solum
÷ Deficiente baal dominus clamabit helias
÷ Si pluuiam dederit ille sit ipse deus
÷ Illi clamabant vocem altius inquit helias
÷ Tollite no[n] audit forsitan ille baal
÷ Inde propheta deum vocat et fit nubibus ymber
÷ Dat q3 suos fructus arida terra prius
Tunc baal euertit altare suos q3 prophetas
Omnis occidit istud agente deo
Per dominum seruum qui clauserat ethera nulla
Nubes in sicco tempore visa fuit
Post species monstrans hominis vestigia signum
Venture pluuie visa pateus q3 fuit
Sic fuit ariditas in legis tempore nullum
Producens fructum litera legis erat
Sed post eos nubes xpi descendit in ortum
Cum nos mundaret crimine mundus homo
Inde propheta vias bis sex impetrat aratores
In quibus implebat hoc heliseus opus
Helias clamidem super quem iacit ille prophetat
Et mox dimisso patre ministrat ei
÷ Regis achab domui fuit heres vinea naboth
÷ Pro qua rex offert dona sed ille negat
÷ Ira quatit regis animum no[n] hoc latet eius
÷ Vxorem cepit mente rotare dolos
÷ Plena dolis immittit regali septa sigillo
÷ Iniusta naboth morte perire facit
÷ Rex ut possideat quod iuste abstulit ibat
÷ Obuiat helias aspera verba sonans

Rex occidisti fecisti possessor factus es illud
Pena letali puniat ira dei
Hic ubi lingua canum maduit lambendo cruore
Innocui lambet lingua canina tuum
Iesabel sanguis lambi reuicitur in agro
Israel impleuit vaticinia relata deus
Rupta veste pilis rex membra tegit sua dormit
In sacco prono faciei cepit iter
Sic deus helie fastus a corde superbos
Excludens humilis est michi factus achab
Non inquit michi fiat sceleris vindicta diebus
Istius ista videns filius eius erit
Inde ioram nato iosaphat iubens hatalia
Filia regis achab iunit amore duos
Inter achab iosaphat quod sic tam nobile fedus
Hinc coniugii fibula pacis erat
Cultu mutat achab iosaphat pugnare rogavit
Ut ramoth galaad tollat ab hoste sibi
Dum pugnat unus ex hostibus extendit arcum
Ut iaculum mittat missa sagitta volat
Audiit illa manum mittentis achab ferit ille
Corruit hostis abit est quod sepultus achab
Sanguine currus dum fonte lavatur habene
Sanguinis humore lingua canina bibit
Sic verum sonuit helie sermo prophete
Et stillaret achab sanguinis in ora canum
Hinc othozias successit filius anus
Ceptra duobus hiis facta paterna sequens
Bis denis iosaphat annis et quinque benigne
Ierusalem regnans dormit in urbe david
Cuius ceptra ioram suscepit filius annis
Regnans octo bonus primitus inde malus Explicit
lib. 3us Incipit quartus de flamma que devorat duos quinqua
genarios primum est quod ad petitionem helie 3us evasit quod humilis

Rex othozias qui regnabat super omnes
Israel a summo lapsus ad yma ruit
Egrotat dum contemptor ad idola suos
Dirigit an possit vivere scire volens
Obviat helias ait hec predicite regi

Cur vero preferes idola falsa deo /
Non igitur vives tibi nulla medela immane
Conferet / ad mortem te trahet iste dolor /
Regi declarat legati verba prophete /
Adducat ut eum rex iubet ire viros /
Cum quinquaginta dux mittitur unus ad illud /
Cum tot adest alius / ignis utrosque vorat /
Tercius evasit princeps humili prece mortem /
Ad regem properat inde propheta dei
Cum dum verba dei regis / misisset in aures
Regreditur / vita rex spoliatus obit /
In quinquaginta solet esse remissio culpe
Ad solum proprium pertinet ista salus /
Que media necnon quinquagenos ante avos
Non geris / ac altare lux tua visa fuit /
Et quia non credunt / hunc qui peccata remittit
Iudei / victrix flamma vorabit eos /
Tercius evasit princeps / quia salvus habetur
Qui tres personas in deitate colit
Quinquagenarius est et presbiter omnibus eorum
Pene tipo / racio que faciat ista subest /
Nam fit ei culpe confessio culpa fatenti
Non ultra remanet immo solutus abit /
Prefata si non laxet / pro illum
Laxatur culpa / vidua pena tamen
Ideo vocas ut significacio prodit
Quinquagenarius est / ille remittit eum /
Est autem quinquagenarius alter et alter hic
Nec vita pollens nec sacra verba doctus
Ille vel ille perit / evadit tercius in quo
Moribus et viis est utrisque fides De raptu et
helie quod eius spiritus geminatus est in Eliseo
Tempore quo currus heliam tollere debet
Igneus / ille simul carpere cepit iter /
Cum quo suo famulo iordanis aquis petit / undam
Palliolo tangit / tacta dat unda viam /
Et dum vix ferit helias sic eliseum
Alloquitur / quod amas posce petita feres /
Hic petit ut duplex sit spiritus eius in ipso /
Intulit helias nimia magna petis /
Et tu accipies munus si quando recedam

Ne videas, vim non ferat aura tuam
Hiis dictis turbo novusque huc demisit et illud
Igneus Heliam currusque ad alta rapit.
Cui pater exclamans quantum licuit sibi visu
Prosequitur famulus eius euntis iter.
Helias verum caput exprimit hic Eliseus
Ecclesie plebem, que famulatur ei.
Peccati venia, virtutum gratia, que plebs
Postulat ecclesie sunt duo dona dei.
Hec sibi per Christum conferri querit, et illis
Muneribus semper quisque fidelis eget.
Sed culpe venia non indiguit quia Christus
Nunquam peccavit, qui fuit absque nota.
In se virtutes omnes habuit, quia nullum
Hic nisi per Christum veniam peregit opus.
Sic habet Elias munus simplex, Eliseus
Duplex, hoc Christus, plebs quia fidelis habet.
Spiritus Helie duplex fuit ad duo tantum
Signa prophetans, hac Eliseus habet
Vel sic Helias defunctum suscitat unum
Vivere defunctos das Helisee duos.
Palliolum cadit Helie, rapit hoc Eliseus
Iordanemque tangit, inde sed unda stetit
Ille deum vocat Helie rursum quia fluenta
Palliolo tangit, prebuit unda viam.
Helie clamis est caro Christi, nunc autem
Transitus ad vite gaudia summa patet.
Hanc clamidem retinet Eliseus, quia fidelis
Plebs incarnatum credit amatque deum.
Hanc retinere fidem post ascensum Christi
Nos regit in mundi fluctibus ista fides.
Si prius hic deum vocet Helie, tacet unda
Fluminis, absque deo sic nulla bona facis.
Hec caro qua tegitur deus est signata prophete
Palliolo, quod ei dum petit alta cadit.
Astra petente deo tu hic retines amictum
Carnis in altari, quam sacra verba sacrant.
Pallioli tactu transis Helisee fluenta
Ad vitam nobis fit via sancta caro.
Igneus Heliam rapit ad celestia currus
Non ope non curru scandit ad astra deus.

De dulcoratione aquarum per immissionem salis

rat plebs in aquis iericho steriles helisey
Sanet et effugiat gustum amarum eas
Accipit hic rude vas et fictile, mittit in illud
Sal iacit in flumen / sic quod medetur aquis.
Monstrat in hoc facto vir quod fiet caro pri
Corporis humani vas sociando sibi
Nomine quippe salis recte sapientia patris
Exprimitur / per vas fictile nostra caro /
Cum sale vas mites in aquas eliseq casus
Sanat / nec remanet gustum amarum aquis
Signatur populus per aquas steriles fuit ille
Donec in humana carne redemptor adest
De pueris qui irriserunt eliseum et pena eorum

rridendo sene pueri dicunt eliseo
Ascendat calue hic maledicit eis
Vrsi de silua duo prupere duos quater
Consumunt pueros deinde quater quod decem
Caluitie locum exprimitur caluarius in quo
Ascendit / pendens in cruce xpistus homo
Iudei pueri sunt clamantes ita xpo
Vt tibi credamus de cruce xpe veni
Descendit super hos tamquam maledictio xpi
Cum perdunt reges nuna sunt quod deus /
Vrsi designant duo titum vespesianum /
Per quos ierusalem tam quod capta fuit
De silua populi gentilis vterque fuerunt
Venit hebreorum milia multa necans
Ter denos per denario mercatur hebrat
Iudeos / patet hic vltio digna dei
Quod pueri pauce feras / fluxere tot annis
Ad belli tempus / a cruce xpe tua /
De gemitu vacce ante in ortu elisei

Vacca vacam gemens elisei mugit in ortu
Signans quod falsos destruet ille deos /
Bos iudea fuit vitulum que fecit in auro
Ex ortu xpi que sua dampna gemit
De puero suscitato ab eliseo

aus famulo baculo tardans elisee misso
Nil agitur / surgit te veniente puer /

Ille fuit baculus moyses / lex mag9 ille
Ille ꝓpheta ihūs / nos fam9 ille puer
Nil ꝯfert puero baculi ꝑmissio vitam
Reddidit aduentu hīc elisee tuus /
Non hoīez saluat ꝑmisse lr̄a legis
Cepiq aduentu viuē xp̄e tuo /

De colloquinta herba de qua dictū ē / mors est in olla et apposito medicamento farine

o Olla ꝓpheta ꝯpletur agrestibus herbis
lex vetus olla fuit va seuera tenens /
Gustu amarus erat / s3 sal vir sitis in olla
Mitteus / pulueris graciis inde facit /
lex austera vetus s3 doctrine sale fuso
Dulcorat xp̄i gracia legis onus /

De lepra Naaman

n Naaman lepra fugat hic / iordanis i vnda
Dum se ꝑ septem diluit ille vices
Sic in aqua xp̄us baptismi vermat / alium
Munere septeno / crimina nr̄a lauat /

De securi amissa in flumine

v Vndas dū cedit ꝓpe flumine ligna / securis
A ligno ferrū ꝓsilit / ima petit
Ille notat xp̄m qui pus corpe nudo
Terrebat dirus ferrea corda minus /
hoc ꝑ baptiste linguam durebat / adheus
Iuxta radices ecce securis adest
Prosilit a ligno ferrū ad caruemcta
Spūs infernū tp̄e mortis / abiit
Sed ferrū redit ad lignū cū morte sbacta
Spūs ad corp9 victor ab hoste redit /

De suscitacōn mortui ad tactū elizei

p Ost hoc egrotans eliseus debita morti
Persoluens / tumlo ossa beata tegit
Illius in tumlum proiectus mortuus hauriit
Vitam / vitalis transijt ad ossa vigor
Defuncti fecerant viuē stare loqui
Sic homines xp̄us peccati morte sepultos
Ad vitam ꝓp a morte redire facit

De miraculo quod ꝯtigit Ezechie

e Ex ezechias in lectū decidit / audit
A duo se nō viuē posse diu
Ad solū tactum defuncti membra ꝓphete

Ergo flendo dedit lacrimas effudit in auras
Ascendit dni vox lacrimosa precum
Annos quindenos dni clemencia vite
Illius adicit vota precis qz videns
Missus adhuc igitur ysaias nunciat illi
Annos concessos et pia vota dei
Pro signo vite rogat hic ut sol ad ortum
Umbra decem gradibq possit adire retro
Hoc in regis achab horologio fuit actu
Per qz gradq denos umbra reversa fuit
Ipsis in gradibq misteria magna fuere
Ecce quid ista not distincte quere vide
Porro figurans xpi vetus umbra p illos
Descendisse gradq fertur ad ima soli
Sursq mistice sol ascendisse p illos
Pqquam surrexit fertur ad astra poli
Primq gradus de deo in Angelis
Um deq alloquitur Jacob velut anglq illuc
Descendens deq est fit gradq iste prior
Secundus gradq in patriarchis
Est hec descendens deq extitit in patriarchis
Illos multiplicans fit gradq iste sequens
Tercq in syon in legis donacione
Per moysi tribuit deq est in lege locutq
Dicat et merito tercius esse gradus
Quartus in Josue
Ut iosue quoq p quem pduxit hebreos
Et dimisit eis debita regna deus
Quintus in Judicibus
Est in iudicibq quintq simq qz iudex
Judicium p eos consilium qz dabat
Sextus in Regibus
Est in regibq est sextq qz rexit hebreos
Ipse p hos reges regna mira docens
Septimq in prophetis
Septimq in vobis insti sciti qz pphete
Per quos pdictq fulsit in orbe deus
Octavq in pontificibus
Est in psulibq octavus namqz sacerdos
Ipse sacerdotes pontifices qz dedit
Nonus in homine
Um deq assumens carne descendit in alvum

Virginea / nonus dicatur iste gradus

Decimus in passione

Ast tormenta crucis faciens ad tartara xpe

descensum / decimum mostrat adesse gradum /
Sic quasi per legis umbra veniendo / per istos
huc descendisti xpe benigne gradus /
Ac iterum sicut sol iusticie per eosdem /
Ut surrexisti scandens ad astra poli /
Sic umbram veterem que veri fulgure scenas
Ovis clave tui clausa patere facis

De fastuosa iactancia ezechie

Nuncios caldeis redditur in macula solis
Pro duce iudee facta fuisse canit /
Curioso sol limite horum quia detulit illi
Factum miratur huc que videre volunt /
Et venient cum muneribus quibus ille receptis /
Templi mostrat opes et sua dona facit /
Sed quia fastus inest et contractat honorat /
Offensi dominum percipit esse minas /
Cuius ob offensam missus docet iste propheta
Omnia predonum diripienda manum /
Processit modicum temporis / nam deinde manasses
Rex fuit / et post huc filius cuius amon /
Josias cuius iezemias funera plangit /
Sanguinis istius linea sedechia fuit /
Huc genuit ioachim sub quo tercio bario repit
Sub quo caldei omnia predo tulit /
Sed radio causam dicti iactanciam regis /
Efferat ex illa fluxit origo mali
Rex quia per fastum mostrauit opes alienas
Omnia perdam preda fuere malo
Sic animus nisi se de virtute superbit
Perdit opes anime demonibus que patet

De subversione Jherusalem

Ob ioachim sedechia captiuat hebreos
Rex babilonis / eos ad mala multa trahens
Cum urbs Jerusalem validis munita cognoscitur
Principe destruitur / menia lapsa ruunt /
Virtutes anime sic princeps destruit alitus /
Cum parat arma coquus dans renouasque alios /
Nam neque quis potuit virtutum tangere culmen
Si ducitur ei ventris inquius amat /

De reductione Babilonica

Post annos denos septem solvuntur hebrei /
Ierusalem redeunt, prestina festa novant /
Post quam Ierusalem magnum templum immensumque recept
Ffit quam vetusta domus illa puella recens
Sic post hanc vitam que volvitur orbe dierum
Septem / nos revocat ad sua templa deus

Explicit quartus liber Regum Incipit liber Thobie

Qui legis hystoriam thobie discute sensum
Qui latet / expecta larga fluenta bibes /
Thobias populum signare videtur hebreum /
Ille deum coluit servivit iste deo /
Jeroboam vitulis cum multi sacra pararent
Ille cavebat eos idola nulla colens
Sic cum gentiles colerent sacra falsa ministri
Domini cultus solus hebreus erat /
Captus ab assiriis fuit ille / sed a viciorum
Non potuit laqueo mens tamen illa capi
Assirii signant sathanam / cuius dolus omnes
Captivans / nobis abstulit alta poli
Fratres captivos thobias pavit / hebrei
Patres pascebant / presacra verba rudes
Annam thobias duxit vir sanctus hebreus
Cernit in egipto sub pharaone manens
Cum veluti genitrix inposuit / cui lex datur illi
Per moysen docuit que sacra verba dei
Ex anna natum thobias genuit / et illud
Nominis insigne reddit honorem suum
Sic de stirpe sua venturum nominat hebreus
Cristum / quem moysi sermo fatetur ibi /
In vobis surget ex vestra stirpe propheta
Quem non audiet hunc ille peribit homo /
Imponit quam sibi nomen credendo / fatendo
Hoc quod de xpo sermo paternus ait /
Hunc primogenitum ponam dicit pater altus /
Pre cunctis terre regibus ore david
Omnia que docuit pecta cane / fatendo
Et credendo quod hic venerat absque nota
Thobias sub cyrographo quinque talenta gabelo
Credit / cognatus rebus egere videns /
Sic perspicuam legis commisit hebreus
Gentili populo iussa tenenda dei

Vt paupertatem fidei ditaret in illo /
Et ditem faciat munere legis eum /
Rex iubet occidi thobiam singula tolli /
Propter opus rectum quod pargit ille deo /
Cum fugiens mundum latuit cum coniuge nato
Nam multos gratos fecerat ille sibi
Sic rex peccati per falsa necare studebat
Sancta dei populum tollere legis opes /
Nec valuit quia plebs illa diuisis regnis
Florebat / quibus quesita salutis opem /
Cum sponsa nato latuit quia ius synagoge
Et spem de cristo plebs erat illa tenens /
Natorum gladiis occiso rege / recepit
Singula thobias / que tulit ipse sibi
Victo sepe sathan aliqua parte / plebis hebree
Rex prosperitas sepe redibat eis
Cum thobis multos condisset honore sepulcri
Occisos fessus ad sua tecta redit /
Dormit et ex nido que stat hirundo nocet /
Illius in lumen stercora lapsa ruunt /
Hac causa radiis fulgoris ab eius ocellis
Exulat / et tecta frons sine luce fuit /
Sic velut in partem cecatio contigit illi
Iudee populo / quod sacra verba probant /
Dormit vir fessus qui nec vigilare laborat
In sanctis studiis ad bona lentus iners
Cui bene congruit hoc qui dormis surge relinque
Primi mortis opus lux tua christus erit /
Excecat hirundo levis volitando superbia mentes /
Et levitas cordis exprimitur per eam /
Excecant mentes quibus illa duo dominantur /
Nec celi lumen corda videre sinunt
Precipue populo cecatio talis hebreo
Prevaluit / mundum te subeunte ihesu /
Cum sine iugo romano cepit hebreus
Et violare ipsa timendo necem
Insultat ceco / cogitans quod quasi frustra
Servisset deo / mordet et vxor eum /
Sed patienter agens / thobias corripit istos
Devota semper mente timendo deum /
De proximis quosdam sic et plebs illa videbat

Insultare sibi cum dolor instat ei
Et nos per doctores velut illa monere studebat
Ut se corrigeret mente timendo deum
Septem iuncta viris quos perdidit hostis in urbe
Medorum / raguel filia sara fuit
Illa notat gentes doctores cumque aabant
Vitam / per septem que solet ire dies
Cum nil de vera vita monere docentes
Idola vana coli dijs olocausta dari
Hos omnes rapuit sathane versutia / donec
Xpistus sponsus adest / qui sibi iungit eam

De raphaele qui missus est ut thobiam curet

Ut saram salvet a demone / lumina curet /
Thobie raphael missus utrumque iuvat
Cum gentes retrahet a demonibus et hebreos
A tenebris / xpistus a patre missus adest /
Hoc nomen raphael medicina dei sonat / unus
Est medicus verus qui mala nostra tulit /

Quando angelus apparuit thobie

Angelus apparens thobie / prebuit illi
Se socium / que sit huic pagenda doces /
Assumpsit carnem deus / in qua se sociando
Terrigenis / homines salvat eos que docet
Angelus ad patrem thobie ductus ab illo /
Intulit hoc verbum / gaudia mente fove /
Respondit / que nam dent michi gaudia gigni /
Cum tenebras patior / nil quia videre sinor
Angelus inquit ei / sis fortis mente propinquo
Tempore / curabit te medicina dei /
Sic per virtutes quas est operatus in ista
Carne ihesus / multis dando salutis opem /
Iudee populo per que susceperat orbi
Ostendit / quod sit filius ipse dei /
Cum raphael monstrat eterne gaudia vite /
Dum loquitur xpistus / sunt prope regna dei /
Dum clamat cecis iudeis / lux ego mundi
Me qui sequitur vite lumen habebit homo /
Ne stupeas xpisti personam si nominat unam /
Hinc thobis iuvenis angelus inde dei /
Thobis designat carnem raphael deitatem /
Et tamen est unus / cum deus est et homo /

Veruex at ysaac rem pene pate tibi mutat
In xpo carnez signat hic ille deum
Nil ysaac patitur aries fit victima xpi
Nil patitur deitas / cum moriatur homo /
Spondet thobie raphael q ducat in urbez
Medorum puerum / post q reducat eum /
Promittit dns credentibus ex sinagoga
Sit licet ex parte cetera carens q fide
Et reliquie genti pandet misteria scripture
Carnis / et adventum mistica signa sui /
Rursum et in fine totid reserabit hebreis
Diui cultum / hoc operante fide /
Ducitur ad medos puer ad gentes alienas
Tendens / dum solum xpus omne facit /
Inde reductum adest / dum plenus ad hos gentes
Intrat / et salvus Isrl omnis erit
a Socio thobis quod nome inherciat illi
Querit respondens angelus inquit ei
Accipe quod queris azarias vocor / atque
Ex anania / fit pater iste meus /
Adiutor domini azarias sonat / istud
Nome ananias / gracia larga dei /
Sic q suus dns / isti demittat esse /
Sic cytharista prius optat adesse sibi /
Esto meus adiutor deus et protector adesse
Ne tardes / ullam iam faciendo moram /
Et de quo clamat aquile vox / vidimus illum
Sic multum implet gracia larga bonis /
Sic via poscebat thobias cuncta parauit /
Inde valeto pater dicit / eunt q duo /
Apparens dns in uera carne / parauit
Cuncta quibus redimat nos / faciat q fidez
Hec sunt / doctrina · tentatio · passio · vita ·
Surgens · ascensum · flatus in igne datus /
Iustorum robusta fides rabies q malorum /
Quorum torquebat agmina sancta furor /
Hec in iudea fecisse dei mediator
Ac homo legitur xpus / amore suo /
Cum per se per discipulos de quo tradit ortu
Eterne patris gaudia nota facit /
Et per se dedit hoc illis qui corde volebant
Credere / doctrinis eius / agendo bonum /

Hic ad gentiles ppli venisse salutem
Afferitur / et a ppo p documenta coli
Ergens thobias medorum venit ad vrbem /
Et catulus sequitur eius comitis iter /
Vt saluet gentes xpo veniente sequuntur
Doctores / eius vba docendo fidem /
Lectio sacra canes doctores nominat / illi
Latratu premunt hij sacra verba serunt /
Hij latrando gregem seruant a dente lupino
Hij seruant aias hostis ab ore mali /
Thobias iuxta tigrim de sero duce mansit /
Exijt ergo suos ut lauet inde pedes /
E flumine saltum dedit ingens piscis ut illum
Devoret / ille tremens clamat / opem qui petit /
Declarantur in hijs sathane versucia viris /
Et liquido xpi passio sancta patet /
Immanem piscis immanis denotat hoste
Qui genus humanum perdere semper amat
Dum cupit ille necem xpi / capitur / decitat
Pforat hunc hamus illaqueans quem capit /
Vite mortalis cursu tigris notat in quo
Piscis erat latitans pfidus ille sathan /
Chausit thobias iuxta flumium / quia xpus
Iuxta mortales vincere cepit homo
Stat iuxta flumium / sed non stillauit in illum
Vnica peccati gutta / nec vlla nota /
Exit thobias flumium desiderat vndam /
Vt lauet instantis flumijs vnda pedes /
Et dns mortem subit / ut sua mebra fideles
Omnes / a vicijs sorde lauare queat /
Prosilit occurrit thobie piscis aperto
Rictibus et siciens ore vorare virum /
Et demon porro qui fecerat in cruce xpm
Accedit xpo / dum datur ille cruci
Inquirens si quid vicij vel labis in illo
Inveniat / sed nil inditat esse suum /
Exhorret thobias piscem xpi caro mortem /
Hunc transfer calicem sic ait ille pater /
Cristus non sathane fraudes exhorruit / ymo

Natura3 nram mostrat messe sibi
Carpitur manibq thobie branca pisc/
Abstractq q3 foras / palpitat an pedes/
Est manibq xpi sathane qfracta ptas/
Dum tendit / incdas in cruce xpe manq/
In siccu tractq pisc pditq iniquus/
Ingens thobie palpitat ante pedes/
Cum dus sathane fraudes vincens / maifestas
Omnibq has reddit / insidias q3 graues/
Electis q3 monet malos / q st mebra pedes q3
Cristi / na3 portat hij sancta verba dei
hic no est necesse de rubro s qtinua vlt
Item thobis exenterat ad raphaelis
preceptu / cor ei fel q3 iecur q3 capit/
Et piscem dus aperit / cu demonis artes
Occultas sctis pandit et eius opus/
Cor sibi qseruat cu p libros manifestat
Demos / qm sit callidus ille sathan/
ffel sibi qseruat dn p sacra va studentes
Scire facit / quantd sit furor eiq atrox/
Conseruat q3 iecur sibi cu scptua maligni
In nos qsilia / p sacra va docet/
ffertur q3 iecoris vim calor excoquat escas/
Vt digestio sit qgrua facta cibi/
Que pagenda modo sut que tu sepe revolius
Dum recolis / iecoris excoquis igne cibos/
Angelq inquit dut hec oia vim medicine/
Cognita fraus sathane sit medicina tibi/
Quto dolos melq exploras host iniqui/
Tanto declinas cancius eius opq/
Thobias pisc carnes assas sibi firmit/
Que sibi sufficiunt cetera salsa seruat/
P quod suspserut expisce sibi nos illos
Qui mala dimittut / esuriunt q3 fidem/
Qui se qvertut de mebris host iniqui/
In dni nostri mebra / fatendo fidem/
Quod q3 fuit remanes de pisce signat iniqs/
In mebris sathane quos remanes vides/
Assumpsit piscis carnes saluator in illis
Quos pus inuenit carnea vota sequi/

Sz pq igne sui robustos fecit amoris /
Ignis spus est sitis in igne datus /
Certa doctores que salsa fuere signant /
Vos estis terre sal mediator ait /
In mebris illius que sal sapuere fecit /
Thobias raphael sal posuisse duo /
Vnica psona xpi signata duobq /
Naturas sibimet mostrat inesse duas /
Discipulos docuit ut homo sermoe zophie /
Sal dans in corde se probat esse deum /
Secu portarunt que sufficeunt sibi / donec
Ille vel ille pedem figit in vrbe rages /
Sic de iudea collegit tot sibi xpus /
Quot dignos vidit qui sua vba serant /
Donec gentiles p corp vba fideles
Reddat / in his fidei menia firma locans
t hobiam raphael monet ut sara sibi sposa /
Que na gemuit raguel a raguele petat /
Gentilem pplm raguel signare videtur /
Que p doctorez visitat ora deus
Vt quasi gentilez plebez fatiens sibi sposa /
Iugat / et ceteraz colligat inde suaz /
Ecclesiaz bene sara notat ppt patriarche
Sponsaz / que qdam sara vocata fuit /
Que peperit puez que pmisit deus illi /
Et non anulle filius ille fuit /
Suscepit raguel pdictos / per qz magros
Suscepit ppm gentis origo noue /
Sara viris septem sociatur / fz necat omis
Demonium / quoniaz no timuere deum /
Doctores qz malos signat qui criminis ante
lapsus / ecclesie non tenuere fidem /
Qui solu vite puntis gaudia norunt /
Que p septenos noscitur ire dies /
Hy merito perunt / fz xpc in his sibi sposam
Summit / qui fidei iudice qz studeunt /
Ad lectu sare veniens hortante sodali
Intrat thobias / ut sociatur ei
Sz prez iecoris pmes de capside / supra
Carbones vinos ponit / et igne cremat

Ecclesiam natam de gentibus ut sibi iungat /
In baptismate / hoc illius implet opus /
Ut sic eius Christi baptisma removet hostem
Actibus et pompis nequitiae atque dolis /
In peccatorum veniam per hec fatetur
Unum personis in tribus esse deum
Cum facit hec unius carbonibus intima piscis
Piscis combussit / demonis arma terens
Quibus actis scelerum sit plena remissio lotis
Fonte sacro / pulso demone fontis aqua
Demonium quoque fugat raphael / cui non datur illi
Ultra velle dei / posse nocere hominis
Illud in egipti desertis esse ligatum
Fertur / et egipti nubila corda notat /
Mentes absque fide que non credunt quia quedam
Sunt deserta / deus namque relinquit eas /
Et quos deseruit deus / illos possidet hostis /
Sed tenet hunc vinctum dextra benigna dei
Ut non implere mala tanta sinatur in illis.
Cuncta cupit / premit hunc vi durante dei /
Circa gallorum cantum timet esse peremptum
Thobiam raguel / et sepelire parat /
Sed iubet impleri rursus tellure sepulcrum /
Cum sibi thobie cognita vita fuit /
Galli doctores sunt alium mane canentes /
Venture fidei nuntiare quoque diem /
Cum iudam gentiles tunc intereunt / dubitantes
Vicerit an sathanam mors preciosa ihesu /
Ac ideo fidem sepeliri nominis eius
Esse putaverunt / non aperire bonum /
Sed post ad Christum doctorum voce vocati /
Tamquam gallorum cantibus ire parant /
Exhilarat raguel coniunctio filia duorum /
Et vaccas pingues eruerat ille duas /
Occidit atque greges ductores quattuor arietes
Victimis et cibis quibus vocat inde parat /
Sic plebs gentilis de Christi nomine gaudet /
Quando suos Christo se sociare videt /
Cui sic proficiunt / ut possint esse magistri
Digni doctrina / martirii quoque gradu /
Hii quasi sunt vacce pingues / x quoque pondus

leve gerunt / et cor gratia summa replet /
Occisique duce sunt nam sua corpora sponte
Mortificant / ut sint hostia viva deo /
Vel se lictorum manibus tradunt perimendos /
In quibus hostilis pugnat arma furor /
Non cadat o lector a mente tua quod ab illis
Quatuor occisos diximus esse duces /
Nam se martirio dare non timuere magistri
Gentiles legis scripta quaterna nove /
Thobiam raguel adiurat ut ipse diebus
bis septem secum degat agendo moras /
Adiuves et tu domum pulsando precando
Ut tecum maneat christus opemque ferat /
Donec per sancti flatus pia munera detur
plena tibi requies / corpore mente simul
Thobias socium monet ut det scripta gabelo
Argentum referat hunc que venire roget /
Quatuor assumpsit servos / binos que camelos
Angelus implet opus iam que gabelus adest /
Gentibus doctores sunt servi sunt que cameli
Quos deus elegit / ut sua vasa ferant /
Servi sunt prompti sermone docendo / cameli
Sunt infirmorum namque gerunt /
Quatuor extiterunt servi / bini que cameli /
Rem similem docuit littera nostra prius /
De vaccis duabus que gregis domini vasa ferebant /
Quid duo quid signat quatuor illud habes /
Tales perducit raphaele mittente gabelum
Ad nova coniugii pacta / fidemque thori /
Cum populos dominum virtute mittente recentes /
Ad christum ducunt ecclesie que fidem /
Thobiam faciente mora / dolent parentes
Quod sibi prefixo non redit ille die /
Sic et in ecclesia de gentibus esse morante
Christo per fidei misterie que bonum /
Si de iudeis aliquis credit / dolet intus
Quod tardantes dominus non cito salvet eos /
Cum hunc concrevit hac quod mesta parens velut orba
Nato / dicebat verba doloris habens /
Heu fili lumen oculis / baculusque senecte /

Solamen matris anchora spes que patris
Cur te transmisimus peregrinum fecimus ire
Pessimus hinc. sine te sit viduata domus
Flenti thobias dedit hec pausa doloris
Nubila pelle tace gaudia mente fove
Filius e sospes tuus est satis ille fidelis
Vir bonus et prudens qui comes heret ei
His modo iudeis qui credunt congruit istud
Cum salomone in hoc dat sibi david que suus
Cum veniet tempus quo convertet ad illos
Rex deus et salvus israel omnis erit
Cum credendo serviet domini salus esse fidelem
Cum sua compleuit ipse verba suo
Hoc recolas quod vir solus non ille fideles
Iudeos et eos quos legis absque fide
Signat in hoc non credentes que tenus hactenus
Credentes que per hoc vir quia mestus erat

De reditu minoris thobie ad parentes

Orat thobiam raguel ne tam cito pergens
Discessum faciat, sed negat hic, et ait
Nam quod numerant pater et mater mea tempus
Et quia non redii torquet utrumque dolor
Sic et cum plene gentes intrare videbis
Ad xpm nullus hunc prohibere potest
Cum veniet miseris miserando fide det hebreis
Lumine certatis det veniam que reis
Namque recordatur domini pietas quod hebreos
Cum credunt torquet tue pena dolorque gravius
Propter iudeos qui xpm credere tardant
Unos vel cognatos legis origo facit
Ad patrem matremque suam cum coniuge sara
Thobias rediit de quibus ortus erat
Xristus cum sponsa de gentibus ad synagogam
Unde recepit carnem sine sapiente redit
Angelico monitu thobias precedit et ambos
Lente cum que suus sponsa secuta fuit
Precurrit catulus domini quasi nuncius astans
Ad fores cauda gaudia letus agit
In cane signatur doctor caninus ulcera lingit
Lingua que doctoris est medicina reis

Cauda boni signat operis finem vel honorem
Omne meritorum / que sine fine manent /
Blandiciis caude gaudebat / cum dominorum
Vicinum domini se videt esse canis /
Sic et doctor ovat operum de fine suorum
Cum iudeorum cernit adesse fidem /
Gaudet item doctor cum credere cernit hebreos
Verbis que vitam fine carere docent /
Post canis adventum qui tamquam nuncius extat
Thobie surgit cecus abire parat /
Carpere cepit iter pater offendens pede domus
Donec vnum de pueris porrigit ille manum
Gaudet hebrea tribus / doctoris ab ore / salutis
Verba sequendo / fide surgit amat que deum /
It prius offenso pede scribis ceca malignus /
Donec lux fidei plena refulsit ei /
Deduxit que puer cecum / cum doctor hebreis
Prime perfecte dat documenta dei /
Astat vterque parens / nato que dat oscula / fletum
Ex oculis promens / gaudia mente gerens
Suscipiens in fine ihesum iudea fidelis
Flet / quia tardavit / et quia credit ovat
Thobias sumens de piscis fel / paternos
Linijt hinc oculos / fit medicina patri /
Et dicitur populo credenti monstrat aperte /
Quanta sit ars sathane fraus dolus insidie /
Cum temptavit eum per longum perdere mortis /
Et per eum vires perdidit iste suas /
Namque reos homines qui sunt sua membra pellis
Perdidit iste sathan dum subiit ille crucem /
Exijt ex oculis prius albugo velut ovi
Membrana / postquam felle perunctus inest /
Sic postquam fraudes cognovit hostis iniqui /
Accipiet fidei lumine hebrea tribus
Contrahens oculos albugo signat hebrei
Stultitiam populi / quam fovet ille sibi /
Illa quidem stulta plebs legis lucere videtur
Zelum / si nulla sit ratione frui /
Nigra pupilla diem non alba videt sapiente /

Se pletis fatit stulta fit inde magis
Albugo cecaus quasi mebrana fuit omni
Spem not hoc quia spes e aialis ibi
Si speras aliquid qz nō cernis pacient
Expecta pauli gtinet ista liber
Et tria sut paius sub noie piscis t omi
Designata fides spes pietatis amor
Et velame habet sicut sc̄ptura fatetur
Ante sui facies et cordis hebreus adhuc
Tingit hinc homo sua mes albugine se
Albinu p cecus credit t esse homo
Insidet hinc t mes albugo candida tiq
Omi mebrana qui male mete videt
Hanc quia docent ne cor teneat torpore ligatum
Quos ita interrogans dicat Num vidistis que etc.
Num vos inquit eum hunc per quem meus mea me dedit
Vidistis cum cor totis affectibus heret
Dum pertransit eos sponsum reperit latitando
Hic tu invenies sic sponsum sponsa latendo
Subdidit hac voce sibi gaudia grata ferendo
Paululum cum pertransissem eos inveni quem diligit anima mea
Sponsa parte transit vigiles sponsum quia repente
Cernit et sponsa penetrans celestia mente
Nam vigiles primos homines dum cogitat esse
Et cernit Christo mortalia cuncta subesse
Tamquam per speculum videt hunc deitate nitentem
Temporalem quia preit celestia querens regentem
Sic igitur cupido sponsum teneat amore
A sponsa, num sponse profertur ab ore
Tenui illum nec dimittam donec introducam illum in domum matris mee et in cubiculum genitricis mee
Nunc teneo dicit illum dimittere nolo
Nam mea fert mea venter in isto gaudia solo
Hunc qui despondit me per sponsale monile
Matris in edicula ducam, matris quia nobile
Dicatur ecclesie mater synagoga fuisse
De qua doctores meruit sanctos habuisse
Sic tenet ecclesia dilectum donec in eadem
Matris conducat eum sponso faciens ibi sedem

Nam que fidem iudeus ipsa decebit
Et cito quercsos in mundi fine videbit
Quorum pars quedam terrestria singula spernens
Habitat celo xpm per enigmata cernens
Ne vero tales conturbet turba nefanda
Cristi que sequitur monet ad miracula blanda
Adiuro vos filie ierusalem ne suscitetis neque evigilare faciatis dilectam donec ipsa velit. Sic dictum est superius de ecclesia ita nunc de sinagoga
Ad verum fidei veniens sinagoga medela
Ecclesia que prius stupet hac respondendo loquela
Que est ista que ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus mirre et thuris et universi pulveris pigmentarij
Desertum est mundus ubi crescunt undique dumi
Per quos conscendit pia mens ut virgula fumi
Mirre vel thuris vel pigmenti preciosi
Per que sponsa subit thalamum sponsi speciosi
Myrra notat carnem que ieiunando laborat
Thuris pia vota precum dum mens suspirat et orat
Pulvis pigmenti qui mirum reddit odorem
Designat famam que bona morum que nitorem
Tam prudens anima que semper ad optima crescit
Intra se lectum parat in quo rex requiescit
Unde dicit vox sinagoge En lectulum salomonis ambiunt sexaginta fortes ex fortissimis israel qui sunt tenentes gladios ad bella doctissimi
In mundo fugimus nec flectimur ad mala primi
Lectum quo recubet vero sicut nunc salomoni
Sunt sexaginta decies sex exprimo iuste
Per decem nempe legis precepta venuste
Exprimit senarius nempe sex ordo dierum
Per quos decurrit cum fine negocia rerum
Per sex ergo dies qui iussa dei studuerunt
Observare decem plenum nempe tenuerunt
Isti noverunt munire cubilia regis
Dum removent hostes secto munimine legis
Uniuscuiusque ensis super femur suum propter timores nocturnos
Hi que tenent gladios manibus sacra scripta notentur

In gladiis manibus quoque qui quod dicit operantur
Per ferrum exprimit vitium carnalibus amaris
Hinc resecant mistici pro honesti vi rigoris
Propter nocturnos mistice faciunt ista timores
Aut inferre suos in morte gehenna dolores
Ne possit sathanas sanctos corrumpere mores
De laude salomonis adhuc subditur ad dictum
Ferculum fecit sibi rex salomon de lignis
libani columnas eius fecit argenteas reclina
torium aureum ascensum purpureum media cari
tate constravit propter filias Jerusalem de lignis libani
Ligna quidem libani putrescere nescia durant
Hinc sanctos primas suos sine fine figurant
Construit etiam de sanctis quippe beatis
Conditor astrorum sua missa tenere paratis
Post hec argenteum sunt morum luce decori
Prelati fortes vi splendore sonori
Ex auro locus est reclinandi quia mentes
Eterna requie gaudent que sunt sapientes
In vera requie paradisi vota reclinat
In quibus angelica cives bona summa propinat
Ad tam preclaram requiem properando vehuntur
Nec nisi per penas sapientes hac pace potiuntur
Purpureum quoque roseum monstrat habere colorem
Signat eos qui pro Christo fudere cruorem
Isti per gladios tormenta flagella dolorem
Sunt velut ascensus ad summi regis honorem
Heu quod sumus miseri qui tales non imitamur
Nec secundum eis animi torpore ligamur
Non sumus ex libano putrescere nescia ligna
Quos corrumpit adhuc carnis putredo maligna
Non sumus argentei postes quia nulla docemus
Verba dei populis nec sustentare valemus
Nec reclinandi loca prebemus quia pura
Mentis acie cordis nescit penetrare futura
Ascensus rosei non possumus esse coloris
Nam nos pro Christo non purpurat unda cruoris
Si nos ergo viri tam fortes esse nequimus
Saltem feminei per amoris federa simus
Unde sequitur media caritate constravit propter filias Jerusalem
p Dicit in medio cunctorum amor ille beatus

Que continuo tenet dicitur amans et amatus
Sequitur Egredimini et videte filie syon regem salomonem in diademate quo coronavit eum mater sua in die desponsationis eius in die leticie cordis eius

Exi videat plebs de nigredine sordis
Ad fidei lumen detergens lumina cordis
Aspice portantem xpm diadema decoris
Quod dedit huic mater sua salvo flore pudoris
Est diadema caro sic qua de virgine matre
Assumpsit xpus sine peccato sine patre
Ecclesiam sibi desponsavit in ventre marie
Qua sibi coniunxit sine natura sophie
Leticiam quam dedit mundo qua carne redemit
Tristiciam quam dedit zabulo quem morte peremit
Vel mater xpi plebs est plus aspera iusto
Semper que capiti dedit aspera serta venusto
Ut sponsum titulis ornant sponsa decetur
Sic sponsum sponsam commendat laude frequenti

Sequitur Quam pulcra es amica mea quam pulcra es oculi tui columbarum

Quod prius exposui tibi lector non iterabo
Sed retro sic arguens nec metris line strabo

Absque eo quod intrinsecus latet

Sed latens virtus est sine visio vite
Qua mens sancta videt sciens requiem sine lite

Sequitur Capilli tui sicut greges caprarum que ascenderunt montes galaad

Ordo nigrorum per ocellos sepe notatur
Inde quod ordinat alius quod iter teneatur
Sic igitur prelatos puto signare capilli
Namque parare sunt ecclesie decus et decor illi
Plebs inhians viis greges dictos esse caprarum
Vim rimat hic ubi pastum mentis avarum
Est animal nudum capra pascua querit in alto
Sic plebs munda fide parat ad celestia saltum
Accipe per galaad qui rem testatur acervus
Designat quam dei tolerantes omnia servos
Et testes fidei paciendo proba dolorem
Verbera vincula cruces rosei fundere cruorem

Quos plebs emit perfuso sanguine ducens
Fortiaque alta fide sequuntur tristia spernens
Sequitur Dentes tui sicut grex tonsarum que ascenderunt de lavacro
unt et dentes quare ratione vocari
doctores qui comminuunt quasi dente molari
panes scripture precibus populum que docendo
ut possint fortes fieri sacra missa tenendo
Tales ascendunt tanquam de fonte lavari
Nam sunt abluti fontis baptismate sacri
Grex sunt tonsarum quia mundi pondera spernunt
liberius que viam sic ad celestia sternunt
De quibus subditur omnes gemellis fetibus et sterilis non est inter eas
mnes dicuntur cum fetibus esse gemellis
Dum plebs gentilis simul et iudea rebellis
Signantur in Christo per corda vera virorum
Quos deus accendit et amorum flamma duorum
De quibus subditur Sicut vitta coccinea labia tua et eloquium tuum dulce
er sacras coccinea constringit vitta capillos
Cum motus animi restringunt devote illos
Ipsos doctores signat nomen labiorum
Cum verbo dulci mulcent aures populorum
Per coccum sub dilectio vera notatur
Et doctor verax hanc semper habere probatur
Sequitur Sicut fragmen mali punici ita gene tue absque eo quod intrinsecus latet
psi qui spargunt sacra verba duces animarum
Signari possunt roseo splendore genarum
Per quos ecclesie facies iocunda nitescit
Cum per eos ardens populorum gloria crescat
Malum puniceum notat ecclesiam sine rugis
De qua spirat odor bonus et devoto magis
Mali multa latent sub solo cortice grana
Que nares mulcent et sunt in pectora sana
Sic est una fides plures populos sibi iungens
Quam tenet ecclesia multos baptismate tingens
Punicei mali sunt fragmen quando sua frangunt
Corpora pro Christo nimis sese laboribus angunt
Que foris apparet sat hec populo speciosa

Sunt que in mente latent magis illa decora placent
Sequitur Sicut turris dauid collum tuum que
edificatur cum propugnaculis
Extendens collum procul aspiciat ut penetretis
Hostes precaueat sicut qui vidos sapientes
Qui contra sathana querunt munimine certe
Insidias qui student illius et arma cauere
Doctores igitur per collum hic notantur
Ne veniat hostes meditando procul speculatur
Sunt turris que summa petunt celos penetrantes
Nil preter xpm varijs in rebus amantes
Hec turris dauid est xpc natus de patre iesse
Creditur et manibus fortis rex dicitur esse
Ille notat xpm sine quo labor est sine messe
Lingue doctoris si xpm senserit abesse Sequitur
que edificata est cum propugnaculis mille clipei pendent
ex ea omnis armatura fortium
Propugnacula muri designat signa salutis
Dum dat incessus claudis vox mitis mutis
Sunt sancti per quos homines separantur
Dum perseveranda fidei virtute precantur
Sunt clipeus simul contra turbas viciorum
Et clipei tales signat exempla bonorum
Perfectus numerus debet per mille notari
Perfectis qui viris solet omnis pugna domari
Duo ubera tua sicut duo hinnuli capree gemelli
Subtiles ac medici sunt ubera bina doctrina
Cum sacra verba serunt quorum ubique medicina
Hij sunt capreoli quorum solet herba tenelli
Dentibus in colle dicuntur et esse gemelli
Nempe quod ore docent monstrant operando patenter
Et cor transmittunt ad gaudia summa latenter
Qui pascuntur in lilijs donec aspiret dies
et inclinentur umbre
Undique candor ut per lilia pura notatur
Quo sacra sponsa nitet et in hoc candore moratur
Donec in dicti lux fulgeat absque pruinis
Et mundo veniat extremo tempore finis Sequitur propterea
dicit vadam ad montem mirre et ad collem thuris
Omnis in mirre signat ieiunia carnis acerba

Per que modos xpus restringit corda superba
Et collis thuris similis devocio cordis
Que quasi thus redolet tunc nescia sordis
Vadit ad hos sponsus quando sic mens ac laborat
Cor carnem que suam ieiunat et simul orat
Hanc virtutum gemino mundata decore
Sponsa novas laudes sponsi suscepit ab ore
Vox sponsi tota pulchra es amica mea et macula non
Insigni mente magis resplendens tu coniuncta est in te
Mortalis macule nulla maculacione fuscata Sequitur
Veni de libano sponsa mea veni de libano veni coronaberis
Et libanus candor signans baptismatis unda
Que sponsam xpi facit omni crimine mundam
Ad sponsum trina vice sponsa venire iubetur
Vel quia personas tres in deitate fatetur
Vel quia virtute triplici ditatur honore
Plena fide gaudens spe lucida fulgens amore
Vel veniendo venit operans bona vel moriendo
Dans animam vel habens carnem sine fine manendo
De vertice amana de vertice sanir et hermon
De cubilibus leonum et montibus pardorum
Quibus hiis recubat seu pardi sive leones
Demonibus experta ut sponsum sponse coronent
Montes sunt homines fortes et in arce superbi
Pardi quando maculant domini semina verbi
Sunt que leonina tanquam despice feroces
Sublimes que dulces in sanctis rebus atroces
Si trahit ad xpm tam pravos sponsa fidelis
Inde sibi dabitur in summis laurea celis
Pro tot personis tot erit stellata coronis
Summis plena bonis celestibus aurea donis
Vulnerasti cor meum sponsa mea soror mea vulne
rasti cor meum in uno oculorum tuorum et in uno
crine colli tui
Crines sunt populi sicut predicimus ante
Doctores oculi scriptura vera probante
Per collum corpus hominis capiti sociatur
Ecclesie que fides immobilibus in probatur
Nam que fides populum xpo coniungere novit
Si teneat sacro quem capit baptismate vovit
Ecclesie sponsus pro tali vulneratur pacto

protulit / eripit quod salus de vulnere facto
Quam pulchre mamme tue soror mea
sponsa mea pulchriora sunt ubera tua vino
Per mamas sponse dilectio bina notatur
Cum deum in summis et in ymis fratrem amatur
Expositum est superius de sponso sic intelligendum
est de sponsa, odor unguentorum tuorum super omnia aromata
Virtutes que de gemino nascuntur amore
Sunt velut unguenta multo preciosa valore
a Sunt unguenta quibus nares mulcentur odore
c Exterius quod suo nares mulcent odore
b Que si quos unguunt hos reddunt absque dolore
d Tales virtutes ubi gracia spirat amoris
Omnes excedunt alias splendore bonorum
Nam nichil est virtus quia non caritas venustat
Hoc absente bono nullus bona cetera gustat
Favus distillans labia tua
Doctores notat ecclesie nomine labiorum
Per quos vox stillat dulcedo sacrorum
In redolente favo latitat mel cera videtur
Clausaque in hiis verbis moralis sensus habetur
Est favus in labiis dum doctor predicat ore
Doctrina que mente latet sine laudis amore
Mel et lac sub lingua tua
Mel gerit in lingua qui mel habet intus acervi
Dissimiles animos sacri dulcedine verbi
Lac gestat teneris conservans lactea verba
Mentes quibus est similis et cor messis in herba
Hec duo sub lingua conservat magis sapore
Intimi retinet nec querit ab ore favorem
Et odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris
Et vestes quibus odor actio sancta notatur
Que mala sancta tegit ne quid fedi videatur
Ponit in altari pia mens incendere thura
Que celos penetrat thus est oracio pura
Ergo vestis odor quasi thuris redolere videtur
Si sociando preces operi mens sancta refertur
Ortus conclusus soror mea sponsa fons signatus
Ortus conclusus que pungit gloria florum
Exprimit ecclesiam quia ditat gracia morum

Claudit hic ortus vallo fidei vel amoris
Ne reprobi valeat irrumpere claustra decoris
Fons est dum pia mens meditans celestia summos
In se non cessat doctrine gignere riuos
Cum bibet ex istis mens scripture fluentis
Hinc erit in vitam fons viuus aque salientis
Fons est signatus quia sensus intima celat
Credentibusque indignis nec mistica scripta reuelat
Emissiones tue paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus
Punica mala tenent sub cortice grana
pomorum fructus est blanda refectio mentis
Illos punicio signatum credo rubore // rubeta
Cum tinxere suo tortoris tela cruore
Dulces pomorum fructus cor signat eorum
Cum sine martirio subeunt exta bonorum
Ueste carnis transmittit ad ethera flores
Cum varios spargunt tanquam paradisi odores
Tot bona tot laudes et tot misteria rerum
litera que sequitur per ligna docet specierum
Cipri cum nardo nardus et crocus fistula et cinamomum
cum uniuersis lignis libani mirra et aloe cum
vniuersis primis unguentis
Ex istis lignis ex hiis speciebus honestis
Pellitur humano corpore de morbida pestis
Virtutes que notat varias que tela repellunt
Demonibus et morbos animi de corde reuellunt
Fons ortorum puteus aquarum viuentium que
fluunt cum impetu de libano
Fons est et puteus sacra pagina grata sapore
Eloquii sacri celesti plena liquore
Fons est ortorum quia pectora mundat eorum
In quibus excrescunt sectorum germina florum
Est etiam puteus de quo viuens aqua manat
Que reficit populos et eorum vulnera sanat
Fons patet et leuiter sitientibus sumitur ore
Sed trahitur de puteo maiore fluenta labore
Sic in scripturis quasi fons sacra litera stillat
Et tanquam puteus sensum quem sigillat
Fons est scripture lenitas scriptura profunda
Est puteus de quo latitans vix sumitur vnda
Que fluunt cum impetu de libano

Et libanus candor signat baptismatis undas
Que mundas faciunt animas sub crimine nudas
Impetus hos latices agitat qui gratia sancti
Pneumatis accipitur in sacri fonte lavacri
Per quod scripturas pia mens intelligit intus
Scripture que sacre foris apparet laberintus
Dum venit et tangit cor spiritus ille benignus
Spiritus egreditur hominis de corde malignus
Unde subditur Surge aquilo et veni auster perfla ortum meum et fluant aromata illius
Frigidus est aquilo qui terram frigore stringit
Est auster calidus qui terram germine pingit
Est aquilo sathanas constringens corda malorum
Spiritus est auster dans mentibus germina florum
Dum fugit est aquilo surgens auster quasi serenus
Orti perflat humum quo flante fit ortus amenus
Sic foris excluso sathana qui cor male pungit
Spiritus almus adest qui mentes leniter ungit
Utque fluant species et aromata nasci
De quorum gustu solet intus mens pia pasci
In cuius ortum sponsa dilectum invitat cum dicit veniat dilectus meus in ortum suum ut comedat fructum pomorum suorum
Adveniens intrat proprium dilectus in ortum
Et comedit fructum de lignis dulcibus orti
Cum xpus veniens subit intra corda suorum
Ac ibi se reficit operum dulcore bonorum
Unde sponsus subdit Veni in ortum meum soror mea sponsa messui mirram cum aromatibus meis
Mirra consimilis est mirra saporis amari
Qua per homines passi tormenta notari
Designat alios species et aromata mistos
Preclaros titulis insigni laude venustos
Applicat ad hos omnes falcem dilectus acutam
Cum dat eis xpus requiem per secla tutam
Comedi favum cum melle meo
Ut favus electi qui mistica scripta latenter
Querunt et reserant aliis quesita patenter
Sic mel qui sacre scripture verba libenter
Gustavit et pascit et amat gustare frequenter
Bibi vinum cum lacte meo

a tempore primum sublimia verba docentes
Lac nutant infirmos doctorum dicta bibentes
Et quibus in eis non sit par gratia morum
Copulat hos xpo tamen unus finis eorum
Ad quorum vitam mores exa monendo
Invitat xpus alios hec verba ferendo Vox
sponsi Ego dormio et cor meum vigilat
Dilecti sponso comedunt sua missa tenendo
Et quod precepit xpus gratanter agendo
Et replet ebrietas illorum sobria mentes
Cum quasi sopiti mundo sunt vana caventes
Cor sponsi dicta putet illius amici
Cum vigilat corde, fugiunt mundi simul sorde
Dormivit in carne xpc vigilat deitate
Cum loquitur cunctis ego dormio vos vigilate
Vel dicta putet hec sponse verba loquentis
In spem sponsi que figit lumina mentis
Dormio sed vigilat mentis in lumina mentis
Dormio carne quidem nec mundi sentio curas
Sed vigili sensu mercedem credo futuram
Sequitur Vox dilecti pulsantis Aperi michi
sponsa mea columba mea immaculata
Dum sic sponsa tenax amat ocia blanda male
Sponsus ad hec pulsat ut cedat ad ostia lite
Sequitur quia caput meum plenum est rore
Nempe caput sponsi deus est et frigore roris
Frigida signatur mens nodo stricta rigoris
Sic est rore caput xpi plenum, quia multi
Esse deum credunt sed sunt in corde sepulti
Et frigore torporis nec sentit celestis odoris
Dulces scintillas sed inertias igne favillas
Sequitur et cincinni mei guttis noctium
Cincinni populi sunt, nam divites isti
Credendo tamen pendent in vite x
Sed plenum guttis noctibus esse feruntur
Namque fluunt multis viciis qui vana sequuntur
Ut tales homines accedat sponsa monetur
Si doctor prudens ad opus sublime vocetur
De rapine mentis ut plurima corda lucretur
Actori quia deus messis fecunda paretur

Sed quia vir sanctus metuit que pondus honoris
Ne sanctum perdat rapinam pro laude favoris
Et ne se maculet virorum sorde maligna
Sponso clamat ei dulci voce benigna
Expoliavi me tunica mea quomodo induar illa
[S]ponsa sue tunice vestitu se spoliavit
Cum mundi curas onerosas sub pede stravit
De tali tunica dominus sermone profatur
Omniaque tunice vendat et cum sibi emat
Pro gladio tunicam dat mundi spretor et auri
Cum fidei vim propter eam predicat auri
Lavi pedes meos quomodo inquinabo eos
[S]ponsa pedum lavit vestigia feda suorum
Dum lacrimis tersit opum peccata priorum
Hos fedare pedes iterum merito sancta veretur
Ne si forte sibi decor aut placio detur
Terrenis iterum maculis fuscata laboret
Ac pro delictis iterum suspiret et oret
Ac ideo metuit contemnere blanda Rachelis
Otia ne valeat sathane succumbere telis
Sed sponsus gravius dampnum tolerans animarum
Tangit eam primus manum virtute suarum
Dilectus meus misit manum suam
per foramen et venter meus intremuit ad tactum illius
[D]ilecti manus est per situm missa foramen
Cum per subtilis sensus celeste munamen
Inspiratis sponse declarat quanti superni
Sit virtus operis per quam devit mala spernit
Absque dei virtute quidem non est homo salvus
Ad cuius tactum gaudens sponse tremit alvus
Nam quo plus meretur celestis gratia tangit
Mens pia missa dei timet et sua crimina plangit
Surrexi ut aperirem dilecto meo
[S]uis attacta manibus divina plena tremore
De requie surgit ad apostolicos sublime laborem
Surgit ut aperiat aliis sacra verba docendo
Exemplum prebens aliis primus istud agendo Manus mee
distillaverunt mirram digiti mei pleni sunt mirra probatissima
[U]t bona facta magis sunt amari mirra saporis
Exprimit exemplum paciens amara laboris
Exprimit digitus discrecio nescia fraudis

Qua non defraudat humane gloria laudis
Myrra replet digitos que sit virtute probata
Cum se mortificans ut sit districtio grata
Et pessulum hostii mei aperui dilecto meo
Sponsa seram fecit hostiolo cum lima cordis
Obstruit contra sponsum inmundicie sordis
Ipsa seram reserat sponso dum sorde remota
Suspirans in amore dei figit sua vota
Et at ille declinaverat et transierat
Ut sponsus sponsam tangit mox preterit illa
Cum prius huic offert quasi de dulcedine stilla
Et post subtrahit huic gustum dulcoris ameni
Nec se contingi sinit haustus ubere pleni
Mox tamen ut sentit fugiens ab amante recessum
Rursus adest figens in amantis pectore gressum
Infundit que cibos dulces anime sitienti
Quod hic sponsa loquens probat in sermone sequenti
Anima mea liquefacta est ut dilectus locutus est mihi
Quod verbum sponsi iocundum sponsa liquescit
Dum meus a Christo per stimulum nebula calescit
Spiritus infusus tollit de corde rigorem
In lacrimas oculos et cor solvens in amorem
Tunc deus meus sentit iocundior incipit esse
Et rursus mox dilecti sentit abesse Quesivi et
quesivi et non inveni illum vocavi et non respondit mihi
Sponsa sibi querit nec habet ut tangat amatum
Hunc querendo vocat nec percipit ante vocatum
Nam mens sancta frui vult semper amore rachelis
Sed caro non semper sinit hac intendere celis
Ut se cognoscat post in se sponsa revertens
Ad sacra scripta volat scriptorum carmina volvens
Invenerunt me custodes qui custodiunt civitatem
Cum sponsam sponsum querendi cura fatigat
Custodes urbis videt in quos lima figit
Pacem dum pro Christo prima mens vigilando laborat
Hunc videt in scriptis pro quo suspirat et orat
Hinc subiungit percusserunt me et vulneraverunt
me tulerunt pallium meum custodes murorum
Custodes sponsam defigunt vulneris ictu
Palliolum quod sibi induant et vestis amictu
Palliolum tollunt quia si quid inheret acerbi
Cetere latens reserat perfecti semina verbi

Dum qui sit hac illi magis in mereri amari
Ut qui rogent sponsum decet magis in rogari
Quod agit sponsa cui subdit Adiuro vos filie Jerusalem si videritis dilectum meum annuncietis sibi quia amore eius langueo
Iam qui viris instis nodum super astra recepti
Ac alius sanctis iam celi culmen adeptis
Dum nunc cordis secreta patre reserante
Ut qui rogent sponsum pro nobis sepe rogatus
Natabis Jerusalem velut admirantique ab ore
Ut dicat sponso quia nos langueremque amore
Sed filie Jerusalem propter humilitatem tanquam ignare interrogant dicentes Qualis est dilectus tuus ex dilecto O pulcherrima mulierum
Et ex dilecto dilectus nunc vocatus
Si deus diligitur pater et filius ex patre natus
Aut ex dilecto dilectum credo vocari
Possit ut alter amor iterata voce probari
Respondet sponsa dilectus meus candidus et rubicundus electus ex milibus
Candidus est Christus sanctus non fuit eius in ore
Est rubeus cuius rubuit caro tincta cruore
Non aliquis potuit sine culpa gignere mundus
Solus homo Christus fuit inter milia mundus
Caput eius ut aurum optimum
Aurea caput est Christi gratiaus pater illud
Cui quo semper habet caput formatque capillum
Aurum cuncta domat precio virtute decore
Sic est omnibus homo sub summo patris honore
Crines eius elate palmule palmarum
Iustus quosque come Christi signare videntur
Cum deus mente fidem retinet lingua confitetur
Sunt quasi pendentes crines in vertice Christi
Sunt qui sacri capitis tanquam decus et decor isti
Ad summi tendens doctorem palma signat
Cum mundum vincat ne cura cor eius adunat
Nigre come sicut corvus
Iustus corvini se indicat esse coloris
Cum peccatorem se nominat omnibus horis
Nam licet electos signat bona vita coruscos

Se tamen accusant vicii nigredine fuscos
Sequitur. Adhuc vox sponse. Oculi eius sicut columbe
super rivos aquarum que lacte sunt lote et
resident iuxta fluenta plenissima
Sponsa columbinis vult probetur ocellis
Cum sapiens doctor contra peccata repellis
Simpliciter vivens residet prope plena fluenta
Sacre scripture prebens aliis documenta
Lote sunt tales eius dulcedine lactis
Nam lavat electos baptismus ab omnibus actis
Sequitur. Gene eius sicut areole aromatum consite a pigmentariis
Sponsos doctores et ductores animarum
Cum legis hoc poteris signare rubore genarum
Cum dum pro Christo cum sanguine membra dederunt
In facie sponsi quasi more gene rubuerunt
Cum velut areole pigmenti dona ferentes
Virtutes spirant Christum moriendo sequentes
Sequitur. Labia eius lilia stillancia mirram primam
Vult sponsi labia mirram stillancia primam
Cum populi culpas per lingue radere limam
Norunt et Christi penam morientis acerbam
Ondunt aliis carne reprimendo superbam
Et merito mirram primam scriptura vocavit
Nam primum Christus gratia nos morte sacravit
Cur sponsi labia dicuntur lilia certe
Sancti doctores sunt lilia sive lucerne
Nam qui verba serit populo debet habere nitorem
Sinceri cordis et pure carnis honorem
Ut quia bone fame populis dispergit odorem
Et lucens aliis superum fervet amorem
Manus eius tornatiles
In Christi manibus bona prius acta notari
Ante tibi proposuit ut possis hec imitari
Ars tornature que qualis arte laborum
Promptior est notat hec quod Christus nostra bonorum
Quod vult semper agit retinet mora nulla volentem
Omnibus in sue mensuram semper habentem
Nam quecumque gessit in corpore fons pietatis
Illud iaurat splendore sue deitatis Aurea
In mundi rebus nil est preciosius auro
Et quid ergo ait deitas quecumque placuit iauro

Plene iacinctis
[I]n gemmis istis color ethereus esse probatur
Per quas plena quidem et virtus summa notatur
Nam qui corde pio Christi sanctos imitatur
Actibus innumeris plenus in fine beatur
Venter eius eburneus
[E]t venter dictus carnis mortalis amictus
Cum velut ebur nitido pro flore pudoris
Nullus enim vicio fuit eius in ore reatus
Cum candore boni fuit omni parte beatus
Distinctus zaphiris
[V]enter distinctus perhibetur inesse zaphiris
Nam signis renitens fragili sub pectore miris
Miscuit humano celestia signa dolori
Inseruit penas hominis deitatis honori
÷ Gemma zaphirus habet ut certa signa nitorem
÷ Signet per quod sim signetur signa decorem
÷ Nam cui purus est celi gerit illa nitorem
÷ Gemma zaphirus enim signorum pimre nitorem
÷ Signat nam mundi celi gerit illa colorem
Sequitur Crura eius columne marmoree
[C]rura discipuli pro Christi crura notantur
Quos misit Christus ihesus ut sua sic loquitur
More columnarum quas marmoris esse fatentur
Christi discipuli sunt quos audire iubemur
Quos fidei postes et sustentacula potenter
Credimus ecclesiam / sacra verba docendo frequentant
Super bases aureas fundate sunt
[Q]uisque prophetarum basis aurea dicitur esse
Cum docuere prius quicquid vidêre necesse
In quorum scriptis doctrina prophetica splendet
Et fidei virtus ex horum codice pendet
Sequitur Species eius ut libani electus ut cedri
[C]onsitus arboribus quas gracia ditat odoris
Est libanus qui nomen habet sollempne decoris
Nam libanus candor sonat / et baptismatis unda
Nos Christus mundat ut sit mens et caro munda
Alta petens cedrus Christum notat alta petentem
Et decus et speciem tocius odoris habentem

Sequitur: Guttur eius suavissimum et totus desiderabilis

Dulcis vox prodit et Christi secreta signat
Verba, quibus Christus animas dulcedine curat
Hec si quis gustat quem culpe pondus onustat
Sentit quam blandus Christus sit et intus amandus

Cumque tot bonis enarratis concludit sponsa: Talis est dilectus meus et ipse est amicus meus, filie Jerusalem

[T]ot blandis tot muneribus vel tot numeratis
Laudibus, auditor, sensibus intende relatis
Si domini sermones audit precepta libenter
De Christo sponse respondeat ista decenter

Vox sodalium: Quo abiit dilectus tuus, o pulcherrima mulierum? Quo abiit et queremus eum tecum. Quibus de synagoga hec intelligi valeant ut aliqua quasi ecclesiam interroget. Cui etiam plenius respondet: Dilectus meus descendit in ortum ad areolam aromatum ut pascatur in ortis et lilia colligat

[S]ponsus ad areolam florum descendit in ortum
In quo sanctorum pascatur odore cohortum
Nam notat ecclesie mistos hic ortus amenus
Sanctorum meritis et sancto germine plenus
Sumit in hoc orto pastum dilectus odorum
Dum delectatur operum virtute bonorum
Lilia pura legit dum castos flore pudoris
Vestitos tollit ad premia summa decoris

Sequitur: Ego dilecto meo et dilectus meus mihi, quasi diceret ut mecum maneat

[U]t mecum maneat dilectus preparo sedem
Ut me suscipiat dilectus preparet edem
Istud in ecclesie populo ratione notetur
Quod synagoga per hanc Christum quandoque sequetur
Et mala vota negans se eius amore calebit
Quod par ecclesie domini precepta tenebit
Quam sibi coniunctam iam sponsam Christus habebit
Et vocibus blandis et dulci laude beabit

Vox sponsi: Pulchra es amica mea, suavis et decora sicut Jerusalem, terribilis ut castrorum acies ordinata

[U]t laudes synagoge ferat sponsus benignus
Actibus, ad Christum de moribus ante malignis
Ut sit pulchra fide, sermone suavis amica

Corde decora bonis meritis tu carne pudica
Filii nos etiam que visio pacis
Dicitur / et nidi contemnit bella minaces
Par erit huic fidei merito sinagoga rebellis
Nudo fidem sinagoga veteris vestigia pellis
Deponet splendore novo iam nescia fellis
Septa nove legis sinagoga iam nescia fellis
Sequitur Iubilus ut castrorum acies ordinata
[O]rdine procedens acies strictim gradiendo
hostibus incutit terrorem bella movendo
Nam dum castra movet concorditer ordine facto
Hostes diffugiunt animum conamine fracto
Sic quos ordo ligat pax et concordia nectit
Nec fraus aut odium retro nec discordia flectit
Demonis insidias fidei radice repellunt
Et fraudes eius concordi pace repellunt
Pax equidem mundat oculos a pulvere sordis
Ut tangerit sponsum celestem lumine cordis
Sed quia nulla adhuc pervenit ad deitatis acumen
Sic sponsus reprimit volitantes ad ethera lumen
Oculos tuos averte a me quia ipsi me advolare fecerunt
[A]volat a sponsa sponsus fugiendo latenter
Dum cupit amplecti dilectum sponsa patenter
Sequitur Capilli tui sicut greges caprarum que descenderunt de monte galaad / dentes tui sicut greges tonsarum que ascenderunt de lavacro / omnes gemellis fetibus et sterilis non est inter eas Sicut cortex mali punici sic gene tue absque occultis tuis Hec omnia dicta sunt de ecclesia superius Ideo de sinagoga eadem replicare volumus Sequitur sexaginta sunt regine et octuaginta concubine et adolescentularum non est numerus
[H]y sunt regine qui se plus quam regentes
Ubertim fructum generant dona quam docentes
Sunt sex per denos quia complent iussa decem
Per sex ante dies quos volvunt sensibus habena
Octuaginta concubine
[H]y sunt doctores qui celica verba loquuntur
Sed sua lucra tamen non christum corde sequuntur
Tales legitimos non possunt gignere fructus
Sed sine fine metet eternum semina luctus

Jussa decem nost x. sunt octo forma diei
Octaue qua xpus cum laude trophei
Cuius pastores falsi tunc hij manifestat
plebi verba dei lingua non pectore gestant
Adolescentularum non est numerus
(H)e sicut animas que sectant vaga mundi
Que nusquam penetrat sensus archana profundi
Tales excedunt numerum nec scribit eorum
Nomina rex vite qui nouit quoque singulorum
Sequitur Vna est columba mea vna perfecta mea
vnica matris sue electa genitricis sue
(E)st mater nostra generans nos gratia cristo
Est quia columba decens plebs perfecta fidelis in isto
Simplex felle carens fidei radicitus herens
Sincero sensu xpi misteria querens hec est
electa eius eciam adhuc militans Viderunt eam filie
syon et beatam predicauerunt et regine laudauerunt eam
(F)ilia quoque syon est ecclesie sancta proles
Que licet hic reprimat in corpore carnea moles
Carnea vota tamen reprimens deum eius honorat
Et in reginis perfecta laude decorat Voce
sinagoge laudatur etiam minus amicis
Que est ista que progreditur sicut aurora consurgens
(A)dmirans deum ecclesie sinagoga redire
Ad xpm cupiens laudes preconia mire
Aggregat et laudat quam sic videt esse virentem
Virtutes quia sanctas per totius honoris habentem
Dicens Que est ista que aurora consurgens pulchra ut
luna electa ut sol terribilis ut castrorum acies ordinata
(I)n mundi fine cum venerit hora suprema
Et dabitur sanctis sine fine micans diadema
Surget ut aurora que nobilis est speciei
Que videt et sentit o noctis et alpha diei
Sic erit ecclesia tenebrarum nocte fugata
Principium sumet ut sit sine fine beata
Ad se luna trahit a solis luce nitorem
Sic hec a xpo totum sua sponsa decorem
Vt sol eligitur quia solem mire vocauit
Cum sol iustitie solum super astra locauit
Terribilis est ut castrorum acies ordinata
hoc expositum est nec repetemus

Unde loquitur sponsus cepit monstrando docere
Possit in ecclesia cur virtus tanta vigere
Visitat ille quidem sponsus renovat quoque frequenter
Expellens tenebras prioris fulgore potenter
Ideo agit vox sponsi descendi in ortum meum ut viderem poma convallium
Vox designat eos qui sunt extra parietes
Sunt in dinne dulcedinis intus humiles
Afforis apparent viles in carnis amictu
Quia resonet intus sita sua pectora victu
Iusti meus mihi est ortus sponsus subit istud
Cum dulcedo dei facit hac cognoscere xpm
Hii qui sunt humiles quallis poma vocantur
Hos quoque videt sponsus et ab illo semper amantur
Ut vi po qual. et inspicerem si floruissent vinee
Iudea dat flores cum fonte sacro nova plebs
Tingitur et moritur viciorum plumbea moles
Et si germinassent mala punica
Ut sprevere mala sunt tamquam punica mala
Cum mortis flore mundo quoque replentur odore
Cum sunt perfecti per quos via lucida recti
Plebi monstratur ut ad astra potenter eatur
Hec synagoga videns extremo tempore fidens
In deum credens et ab omni fraude recedens
Vox synagoge et reprehendit se synagoga dicens nescivit anima mea conturbata propter quadrigas aminadab
Ex lege moysi synagoga deum moriturum nadab
Nescivit cor quibus in xpi nomine dicitur in
Sponte mea sonat aminadab xpm quoque figurat
Cum nos sponte sua patiendo voluit curat
Scripta nove legis toto terrarum mundo
Sunt hec quadrige sensu distincta profundo
Propter quadrigas istas turbatur hebrei
Credo revertentur in mundi fine diei
Suscipiet lumine tenebrarum nube remota
Et sua convertent in xpm figere vota
Cum synagoga mora credendi piget fatetur
Istud ab ecclesia gaudens audire meretur
Ideo ecclesia loquitur synagoge dicens
Revertere revertere sunamitis revertere revertere ut intueamur te

Cum captiua tuum nomen sonat o sunamitis
Illa fuit iuuenibus et nullo tempore mitibus
plebs iudea prius que captiuam sinibus hostis
Sepe diu tenuit ut in hystoria legimus nostri
Audit ab ecclesia monitum synagoga quatinus
Ut rediens federis ineat cum rege superno
Ut que sparsa fuit per partes quatuor orbis
Ad medium redeat qui dat solacia morbis
Cum videt ecclesia quod iam iudea relinquit
Iudaicam sponsus velut hic interroget inquit
Quid videbis in sunamite nisi choros castrorum
Hinc poterit chorus in sunamite videri
Si plebs illa gentibus que nunc est nescia veri
Concors preceptis xpi defendet honorem
Iussa tenendo dei fidei firmando rigorem
Porro per ecclesiam que converterit hebrei
Alloquitur sponsam sponsus cum laude trophei
Quam pulchri sunt gressus tui in calciamentis filia principis
Princeps est xpus qui mundo presidet isti
Et plebs ecclesie dicitur filia christi
Cum nos in vita generat baptismatis unda
Et puras reddit animas et corpora munda
In calciamentis
De coriis pecudum pedibus munimina dantur
Defuncti que pecus antiquorum inde notantur
De quorum vita sumens exempla bonorum
Cum ipsi suos gressus doctrina munit eorum
Et sic ecclesia se calciat ut sicca pa
Perdicet et simplus cruce xpi pascat acerba
Sequitur iunctura femorum tuorum sicut monilia
Ut sponse femora populorum turba duorum
Quos ligat una fides et iungit gratia morum
Hec est iunctura pax et concordia purum
Per quam doctores norunt componere mores
Cum collo sponse quasi clara monilia pendent
Hinc rutilant gemmis auro que micancia splendent
Hec manus artificis fabricat cum laude nitentes
Doctores episcopos deus efficit et sapientes
Umbilicus eius crater tornatilis non indigens poculis
Crater doctorum pectus denotat ista bonorum
Cum quasi vasa mero diffundunt pocula veri
Ignaras mentes veri sermone docentes

Doctrine qz sacre mysto pia corda replentes
Genē tue sicut acerv9 tritici vallatus liliis
Sunt designat tibas que corde fideli
Sunt tritici quor(um) mens tendit ad ethra celi
Que quasi vallant̄ mundor(um) germine flor(um)
A sctis dum(m) scta trahunt opa bonor(um) Vbera
tua sicut duo hynnuli gemelli capree
beā sunt ppli duo gentiles & hebrei
Quos sic scripta fouent ac spes summe requiei
Cum hys pro gemmo dicunt amore gemelli
In qz fide scti doctor(um) voce nouelli
Collum tuum sicut turris eburnea
Vi fortes ope sublimes corde pudici
Carne nitent putri ut turris eburnea dici
De quibus oculi tui sicut eschon piscine que
sunt in porta filie multitudinis
Vnt oculi sponse quasi piscina redundans
P quos signat̄ ho fletu crimina mundans
Et fonte hic eschon meroris zona vocat̄
plangens & lugens sua vota vir in nota
Cum trahit exemplis & vbis cor ppl(or)um
Vt digne portam valeant intrare polor(um)
Nasus tuus sicut turris libani que respicit contra damascum
Nasus fetores nasus discernit odores
Designat qz bonos in xpi messe colonos
Cum bene discernunt & puro lumine cernunt
Quid deceat fieri bona sectant̄ mala spernunt
Sunt turris libani quia fortes robore cordis
Cor quibus est mundum quibus e cad nescia sordis
Que respicit contra damascum
Sanguinem nomen sonat istud & in malig
Iure figurat̄ quibus obstat corde benigni
Sed quia de membris est dictu sermo ferent̄
Ad caput & capitis laudes vox ista loquat̄
Caput tuum sicut carmelus & come capitis tui
ut purpura regis vincta canalibus
Vi caput est nrm qui pbet regibus ortum
Conditor eterne xpus sitibus qz zophie
Tanquam carmelus digna ratione notatur
Cum prius ad dexteram devicta morte levat̄

Cruentes elias in monte carmelo liquorem
Impetrat e celo faciens descendere rorem
Et nos si xpm credendo precando fatemur
A patre celesti celestia dona meremur
Hec allegorice circa premissa notantur
Aut ita si manus moraliter accipiantur

Vel sic moraliter

Eius caput est capiti qui toto corpori obedit
Sub quo iugo mentis meditatio singula cedit
Carmelus resonat vox ista scientia legis
Et quasi sub legem si recte sibi degis
Porro comas capitis meditatus accipe mentis
Hunc quasi purpuram in scripture documentis
Ut roseum faciat in christi veste decorem
Punicum quo trahant de xpi morte colorem
Virtutem dat similem signe canalis
In qua conficitur color crinatus specialis

Sequitur quam pulcra es et quam decora carissima in deliciis

Ob fidei meritum iuncti quo pudoris honore
Sponsam cum geminum testatur hic decorem
Carne decens est pulcra fide carissima rerum
Auctori qui cuncta regens dator est specierum
Cara deo quia deliciis celestibus heres
Nititur e terris ad celos optima queres

Sequitur Statura tua assimilata est palme et ubera tua botris

Ubique stricta manet dum palma crescere cernis
Sed se dilatat in ramis illa supernis
Sic velut in primis pia mens conscendit ab imis
Donec mandatum possit contingere latum
Uberibusque geminis dilectio bina notatur
E quibus ubertas sitienti grata paratur
Dat et hac palma crux xpi dulcis et alma
Recte signari dignissima semper amari
Dans dulces fructus et gaudia nescia luctus
Expellens ve ve quod fructus contulit eve fructus

Inde sequitur dixi ascendam in palmam et apprehendam

In cruce conscendit ubi brachia sancta tetendit
Xpus pro nobis in qua caro sancta pependit
Fructus innectens in sponse porrigit ore

Dum sacra pro nobis misteria cplet amore
De cruce surrexit / ascendit ad alta / resedit
Ad patris dextram / qui non de patre recedit
Vnde impletum est quod scriptum Et ubera tua erunt
sicut botri vinee Istud superius expositum est ut
est repetendum Sed Et odor oris tui sicut malorum
alijs primicerijs existit par odor oris
Sponse qui mundo doctrinam spargit odoris
Guttur tuum sicut vinum optimum
Vtitur doctrine vinum signat speciosum
Nam cor letificat sicut vinum preciosum
Vinum tam dulce sponsi gratatur ab ore
Suscipiens sponsa digno respondet amore
Verba celestie recipiens verba ab ore sponsi dignum
dilecto meo ad potandum labijs et dentibus
illius ad ruminandum
Vinum docet etiam fidei misteria vere
Et debent gregem Christi sacra missa tenere
Hinc doctrine vinum fit dulce palato
Sponsi perfundens illum qui nectare grato
Ecclesie rapiunt omnes sacra verba docentes
Sed non comprehendit capit vires sensuque loquentes
Labijs et dentibus ad ruminandum
Ignari primit labijs et dentibus isti
Dum clari sensu retinent misteria Christi
Dum quod supserunt quasi cordis ad os revocantes
Vnum vi noverunt audita dum memorantes
Sed sponsa dicit Ego dilecto meo et ad me conversio eius quod
Diligo dilectum quia sum conversa per illum
Cuius amore ligor fidei firmando sigillum
Veni dilecte mi egrediamur in agrum
Dixit cum sponsa in dum sponsum in aruum
Cum deus immensus factus se corpore parvum
Ecclesiamque sibi desponsavit in ventre puelle
Fit modo lumen geminus de lumine stelle
Commoremur in villis
Qui manet in villis degentes salvat illis
Et lucem fidei dat eis lux ipsa diei
Mane surgamus ad vineas
Mane ihesus surgens que patris dextera recepit

Celicas scribunt et celis descendere cepit
Videamus si floruit vinea si flores fructus parturierunt
si floruerint mala punica ibi dabo tibi ubera mea
Conspiciat a monte si profert vinea flores
Dum studet ecclesie primos attendere mores
Prospiciat in fructus si florum germina crescunt
Si tenere vites aliqua virtute nitescunt
Attendit flores si punica mala dedere
Dum videt excessus perfectos quosque nitere
Ibi dabo tibi ubera mea
Sponsa punicis in malis ubera datur
Sponse qui dum domini precepta moratur
Cordibus illorum quibus est perfectio morum
Cum lactat Christum dantes exa honorum
Infimis minimis quibus insidet actor earum
Pro nobis factus puer et minimus minorum nris
De quibus hic dicitur mandragore dederunt odorem in portis
Orbis voluceribus confert hec herba medelam
Ac perfectorum hic devotat illa loquelam
Cum dum peccatis fidei sermone medentur
In portis medici prudentes esse videntur
Virtutes fidei per quas sinit recipi
Intrare thalamum has portas esse notam
Et omnia poma nova et vetera dilecte mi servavi tibi
Sponsa suo sponso servat nova poma vetusta
Dum moysi libros et Christi verba venusta
Suscipit ecclesia veterem cum lege novella
Associavit cum felle sciens adiungere mella
Hec in lege nova sibi Christum gaudet adesse
Cuius in veteri venturum noverat esse
Quis michi det te fratrem meum sugentem ubera matris
mee ut inveniam te foris et osculer te et nemo me despiciat
Cunctis ecclesie sub lege statuta priore
Adventum Christi miro sitiebat amore
Unde notare potes quod psalmum ait cithariste
Inclina celos descende veni pie Christe
Rumpe polos veniens dicebat et hec ysaias
Sponsum sponsa foris sic apparere volebat
Induat ut carnem qui maiestate latebat
Efficiat ei frater sua porrigat ubera mater
Oscula sponsa ferat huic tunc et oscula prebeat
Et quia iudea venientem credere Christum

Noluit / in fine tn̄ illa redibit ad istud
Deu sequitur etiam et ait apprehendam te et inducam
in domum matris mee et in cubiculum genitricis mee
ibi me docebis et dabo tibi poculum vini de
condito et mustum malorum granatorum meorum
In thalamum matris apprehensum ducet xp̄m
Reditur hebreo populo quam predicat istum
In mundi fine subeunt cum turba ruine
Credetur quod deus et homo credet hebreus
Vinum conditum sinagoge porrigit cui
legis vera noue legi sociando priori
Mustum malorum tribuet quia facta virorum
Fortia proponet / ut hebreos inde coronet
Vnde sinagoga subiungit leua eius sub capite
meo et dextera illius amplexabitur me
Cuius caput est mens per dextram vita beata
Per leuam xp̄i prius est vita notata
Sic iudeus aget quod menti subdet amorem
Rerum quas terrenis mundi fugiendo fauorem
Et que corporeis rebus non cauditur ocellis
Toto corde bibet plenas dulcedine mellis
Deinde sponsa sic loquitur Adiuro vos filie Jerusalem
ne suscitetis neque euigilare faciatis dilectam donec
ipsa velit Expositum est ner reiterandum de ea
De eadem sinagoga facta ecclesia iam dicitur
Que est ista que ascendit de deserto delicijs affluens
innixa super dilectum suum
Desertum notat etiam hunc mundum de carne micq
Ascendens aia pia / vite transuolat huius
Naufragium mundi meditans celestia lubrica vitans
Dilectum querens / affectibus eius adherens
Quando de deserto ascendit / iniciat sponsus eam dicat
Sub arbore mali suscitaui te
Resuscitat etiam sibi subiectam mediator
In cruce dum pendet medicus mundi reparator
Et quia dura illum iudee plebs crucifixit
Ita que sepulte de iudeis ita dixit Loquitur enim
Ubi corrupta est mater tua ibi violata est genitrix tua
Illic sub ligno corrupta fuit tua mater
Dum crucifixit eum qui verus erat sibi frater
Et quia crucis meritum populi cernunt hebrei

Ad gentes intrat lumine lumine quam dicit
Iunctam crucis dicit pone me ut signaculum sup
cor tuum et ut signaculum super brachium tuum
Rachel vita solet operam cum meditatur
Illa notat actus quod cogito corde notatur
Sponsa per ista duo sibi sponsi stringit amorem
Que bona sunt meditans operum quam tenendo vigorem
Sequitur quia fortis est ut mors dilectio
Ut vincit mors sic est dilectio fortis
Mors vincit reges implet dilectio leges
Et dura ut infernus emulacio id est dilectio per excessum
Ullis paradisus hec animis renovatur
Ut nullus penis miserorum stix saciatur
Lampades eius lampades ignis atque flammarum
Ignis lampadibus signantur corda piorum
Que replet interius geminorum fervor amorum
Emittit que foris flammas aparendo potentes
Dum bona demonstrat aliis extra patentes
Aque multe non potuerunt extinguere caritatem
neque flumina obruent eam
Adversis vel blandiciis vel laude favoris
Non valet extingui sincere lumine amoris
Signat per aquas populi terrena procella
Flumina designat mundi quecumque flagella
Si dederit homo omnem substanciam domus sue pro dilectione
quasi nichilum despiciet eam
Omnia contemnit cordibus dilectio mundi
Spernit et nichil est ad eam substancia mundi
Soror nostra parvula est et ubera non habet
iam bene dictum
Iam certa que soror esse novella
Dum rudis esset adhuc quam multa rerum quam puella
Istius est frater salvator iure vocatus
Cum de iudee descendit germine natus
Ubera nulla sacri verbi soror ista gerebat
Dum petrus ancillam metuens sacra verba premebat
Donec pneuma sacrum celo descendit in igne
Super discipulos inflammans corda benigne
Ex tunc parva soror in christo crescere cepit
Et fidei robur et flammea verba recepit Quid
faciemus sorori nostre in die qua alloquenda est
Eminat signis dato data sunt sacra verba vigoris

Hanc que muta fuit torpore timoris
Et per neuma sacrum dedit omnibus scientie loquelas
Cristus ei vis anime sociando medelas
Spiritus a xpo datus eciam qui muro
Efficit et validum nullis que minus ruiturum
Ca 8 Si murus est edificemus super eum propugnacula argentea
q Et fuit elogmo mirada iuncta interiti
Hinc petrus et fratres domuere vigore potenti
Nam sanus ecce per partes quatuor orbis
Reyt est que salus diversis reddita morbis
Si hostium est compingam illud tabulis cedrinis
q Ostium notat eciam que claudit aperta
Et reserat clausa probat hoc scriptura certa
Cristus ait petro quod clauseris reseratum
Hec tuo fuerit michi fiet utrumque probatum
Signet materies cedrina fidem prelatorum
Cum velut cedrus pinguit fulgore bonorum
Cantica sexto spiritu convalescens respondit Ego murus et
ubera mea sicut turris ex quo facta sum coram eo quasi pacem inveniens
v Ubera ceu turris sua dicitur hec habuisse
Que fortes legis altos que viros aluisse
Nam propter quam datus est quasi pacis spiritus isti
Nutriunt validos doctos que patres ope xpi
Ideo sequitur Vinea fuit pacifico in eo que habet populos tradidit eam custodibus
Pacificus noster deus est qui pace beavit
Quidam celicolis terrenis spiciam sociavit
Hebree stirps et plebs vinea dicitur ista
Ex vili patria veniens ut ait cytharista
Cuius custodes moyses aaron que fuerunt
Cum populo legis veteris precepta dederunt
Ca 8 Offert pro fructu eius mille argenteos
p Reddit hinc xpus quasi miri fructus odorem
Nascendo signans matris claustra pudoris
Numerus millenus omnis terrena notatur
Gloria nam mihi perfectus mille vocatur
Pro tali fructu qui rex sprevit amorem
Ille vir efficiatur fidei firmando vigorem
De hac vinea persistente ipse pacificus
loquitur vinea mea coram me est
v Vinea stat coram sponso que patris amator

Gratiam sanctam docet Christus reparator
Ipse simul doctor simul actor et edificator
Ad utrumque potest referri quod dicitur Cant. ult. Mille tui
pacifici et ducenti his qui custodiunt fructus eius
Mille notat homines perfectos sive ducenti
Qui fidei fructus conseruat mente libenti
Istis nominibus minus perfectus habetur
Et perfectorum perfectio summa tenetur
Vox sponsi dicentis Que habitas in ortis amici
auscultant fac me audire vocem tuam
Sponsa Ihesu Christi manet in floribus ortis
Qua spes sive fides replet ac dilectio fortis
Sponsus vult eius voces audire libenter
Predicet ut pluris perfectus quisque frequenter
Cum ipse sacras voces asculte quisque benigne
Ut sit amanda deo cognoscere misteria digne
Sed quia conatur primum peruenire virum
Reddit dilecto responsum sponsa seuerum
Vox ecclesie Fuge dilecte mi et assimilare capree
hinnuloque ceruorum super montes aromatum
Plenis mala corda fugit sensus que malignos
Nec permittit eos sensum cognoscere dignos
Sed reprobos fugiens volat ad montes superos
Et facit electos summum cognoscere regem
Electi montes sunt pleni luce serena
Cum cor ad alta leuat bona contemplant amena
Quorum vita bonum specierum reddit odorem
Dum monstrat extra bonum morum que interiorem
Istud expositum est superius
Hinnulus est Christus ceruorum nunc vocatus
Descendens veterum que patrum de germine natus
Expliciunt cantica canticorum Prologus super lame
ntationes Sicut cantica canticorum sunt et la
mentationes lamentationum Liber Salomonis
Cantica canticorum Treni Ieremie lamentationes
lamentationum Sunt enim cantica in quibus sponsus
et sponsa fruuntur amplexibus ita lamentationes
in quibus sponsi aut sponse absentia multimodis
fletibus deploratur Unde dicitur Quomodo sedet
sola ciuitas etc In illis pariter cantilene dulce
modulantur psonant ad imperialia gaudia decantanda
In his lamentationibus diuise separatim clangunt

Cantica docet in prima / lamentacionibus in
huius vite miseria hinc david ait Te decet
deus ympnus in syon et tibi reddetur votum in Ierusalem

Aleph

Aleph doctrina notat et doctrina notatur
Ut se cognoscat homo / corde dat quod rotatur
Hinc quia doctrine non est iudee subacta
hastibus et gladiis nunc est sine coacta
Quo sedet sola civitas plena populo facta est quasi
vidua domina gentium princeps provinciarum facta est sub tributo
Dolor o sancti Ieremie flebile germen
O dolor o plebis iudee valde acerbum
Urbs sacra plus decor et fenix aliarum
Plena bonis et nomine lucis perfecta clarum
Hinc stabat dives populis et rebus amenis
Nunc iacet in luctu victrix vincta catenis
Urbs notat ecclesiam / signat per Ieremiam
Iusti merentes domini precepta docentes
Tales esse confuse gaudia plangunt
Cum fraudes heresum fidei minime frangunt
Et notat urbs animam / caldeus denotat hostem
Antiquum / soluta mentis confringe postem
Est quasi captivus caldeus nomine dictus
Captivat enim sathane laqueis homo strictus
Beth plorans ploravit in nocte et lacrime eius
in maxillis eius non est qui consoletur eam ex
omnibus caris eius omnes amici eius spreverunt
eam et facti sunt inimici
Itera beth domus est iacob quod domum notat ita
Qua probat egipto mansisse puer contristata
Plorans ploravit hic duplex fletus habetur
Est quo duplici domus hec plorasse videtur
Primo captivos plorans coram pharaone
Post captivos ploravit et in babilone
Egipti nomen sonat istud vox tenebrarum
Plebs ubi suspirans fudit guttas lacrimarum
Hic timor fletus hic in maxillis fuit eius
Nam quod fuit populo nil tali tempore peius
Obsessum tenebris vox innuit devotissimum
Cum manet in viciis ne possit ante opprimi
Vir prudens solet esse maxilla vocari

Cum vituli sensu mentis quasi dente molari
Comminuit sacre scripture scripta decenter
Que ieiunantis traxit in sua viscera venter
Hinc tu petre per maxilla finisti
Mactata manduca tibi dixit vox pia Christi
Tales etiam plangunt pro plebe fideli
Quam pungunt hereses subtilis acumine teli
Dum foris incautos mellitis vocibus ungunt
Interius que dolis furtivis pectora pungunt
Plorans est anima noctium temporibus hora
Cum sua pro culpis peccator diluit ora
Etiam tales oculi stillante pupilla
Plangunt dum iaculis heresum transfigitur illa
Culpe conscia mens que maxilla vocatur
Que miseranti deo lacrimarum fonte rigatur
Gimel Migravit Iudas propter afflictionem
et multitudinem servitutis habitavit inter gentes
nec invenit requiem omnes persecutores eius ap-
prehenderunt eam inter angustias
Terra quod est plenum designat littera gimel
Et quod ab urbe sacra stillavit dulce de mel
Ex deum coluit fuit urbs dulcedine plena
Cum reliquit eum sumpsit pro melle venena
Hec inter gentes fugiendo flagella cavebat
Que pro commissis deum tamen ira premebat
Dum fugit hostes [illegible] guttura stille
Prava preda caveas occurrit nulla mille
Nusquam pax nusquam requies nusquam locus aptus
Exulat hic populus fugitivus et undique captus
Quam nobis satis exprimit ista decenter
Que vaga sepe fuit captiva subacta frequenter
In manus hostilis sociorum fundendo cruorem
Turbavit deum esse fidei que vigorem
Hinc quedam pars Christi missa sequendo
Per loca multa vagantibus ibat tormenta cavendo
Christus ait si te cum cuspide tortor acuta
Persequitur fugias festinans ad loca tuta
Migravit e Iudas quia dum sua crimina det
Plangere per lacrimas vel in suspiria probet
Augendo vicium viciis cumulando reatum
Peccati finibus non dat divo famulatum
Et quia de viciis ingentem tollit acervum

Reddit eum sathane libertas perdita servum
Deleth. Vie Syon lugent eo quod non sit qui
veniat ad solempnitatem eius omnes porte eius
destructe sacerdotes eius gementes virgines
eius squalide et ipsa oppressa amaritudine
Iterum quarta deleth sonat et nos hec tabularum
Cedrinum materies sunt ac ornatus earum
Ex quibus facta domus sunt ad tenui sat festa
Non est qui veniat quia plebs iacet undique mesta
Ecce vim vie luget fatur lugere videntes
Porte destructe sunt presbiteri quoque gementes
Virginei cultus squalent pallore genarum
Plebs oppressa malis cor habens merens et amarum
Ulcera Syon notat etiam sine labe coruscans
Exceptum macula nulla caligine fuscans
Has appello vias per quas via Christi aditur
Porte sunt per quas celum nobis aperitur
Hii sunt presbiteri qui pre racionibus acumen
Iusticie prebent iter ad celeste cacumen
Hii sunt virginibus similes qui carne pudica
Casto corde nitent eterni regis amica
Quadratis tabulis per dicunt quatuor iste
Signantur per quas domus exprimitur tua Christe
Hec lugent illos plangentes voce sonora
Pergere qui sperant ad celi festa canora
Tunc Syon nostra hic autem que festa videre
Celica dum temptat et luas gaudia vere
Permittente deo fraus hostica decepit illam
Obscuravit oculi visum nimbe pupillam
Destruit hinc portas sensusque hebetans racionis
Et foris hec luget oculis ad terra pronis
Et qui destructas conspicit undique portas
Lugens ex oculis lacrimas effundit obortas
Porte destructe sunt in tellure iacentes
Cum perierunt sensus anime racione carentes
Hec. Facti sunt hostes eius in capite omnium platearum
Inimici eius locupletati sunt quia dominus locutus
est super eam propter multitudinem iniquitatum eius
Parvuli eius ducti sunt in captivitatem ante fa-
ciem tribulantis //

Littera quinta sequens que scribitur he sonat ista
Tempore liber quinti moysi predixerat ista
Cum plebem domini captivam ducent hostes
Dans manibus laqueos infigens vulnera costis
Hostes eius sunt hii qui scismata fingunt
Cristicolas que in deo fraudes ingerere tingunt
Cum cor simplicium fraudum acumine tangunt
Ac in eis vere fidei munimina frangunt
Facti sunt hostes anime cetu reproborum
Spirituum qui nos stringunt laqueis variorum
Vau Egressus est a filia syon omnis decor eius facti sunt principes eius velut arietes non invenientes pascua et abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis
Littera sexta vau sonat et coniunctio partis
Fit per eam si continuare prima respicit artis
Nam coniungit primis que vau sequuntur
Pro populi scelere nam singula facta leguntur
Filia pulcra syon prius omnibus plena decoris
Nunc tamen pro penis decor exulat omnis
Es data lamentis facies tua subdita vetis
Tradita tormentis coram facie ferientis
Filia pulcra syon sine ruga labe carentem
Exprimit ecclesiam fidei candore nitentem
Quam turbat heresis et carnis turba repellis
Que subiecta iacet in dampnis sepe procellis
Et speciosa syon dicam ratione vigentem
Signat dum duo ferunt splendore decentem
Quam si carnalis demigrat forte libido
Nigra fit et fedam reddit in dampna cupido
Zay Recordata est ierusalem dierum afflictionis sue et prevaricationis et omnium desiderabilium suorum que habuerat a diebus antiquis cum caderet populus eius in manu hostili et non esset auxiliator viderunt eam hostes et deriserunt sabbata eius
Septima post sextam zai littera scripta videtur
Istud principium hec que siquidem meretur
Ultio mentis qui plena doloris averni
Langue ducit hec est predicta superni
Cum plebs sit plene tortorum tradita pene
Sed quod caldei faciant hoc contemnunt hebreos
Hostes deridentes iudei sabbata sperunt

Cum sembus innocens captiuos sub pede sternit
Nec sit defensor qui plebi consulat isti / tristi
Sed preualet hostis eam terat augeat vbere
Expressum pluris virtutis ab arce cadentem
Cum videt etiam sathane precepta sequentem
Plangit eum quia labatur per turius acrem
Ille per insidias stimulos cordis vel timorem
Hic quod per inuidiam fraudis tenuis vel dolorem
Hac causa patitur sathane pector habenam
Nec talem soluit nisi gracia summa catenam
Exidet festum quod sathan iure reqmei
Cum male respondet eterne festa diei
Pressa malis anima cum supplicio tribulatur
Sepe recordatur que fecerit aut meditatur
Et dolor et meror magis in sibi cumulatur
Nam per carnales affectus mesta vagatur
Sic hostes rident quia nulla parte quiescat
Sed dolor hinc maior quam tumor quod molestia crescat

Heth. Peccatum peccauit Jerusalem propterea instabilis facta est. Omnes qui glorificabant eam spreuerunt illam quia viderunt ignominiam eius ipsa autem gemens et conuersa est retrorsum.

Heth. Beatam vitam vitam sine fine significans
Que micat in patria vite per secula durans
Pertinet ad hoc quod aut verbis conspicua retrorsum
Incipiens duos facem non vertere dorsum
At nobis peccatis ideo dampna dolores
Morbos errores tormenta pericula labores
Vt gustatur reus et vita paciatur

Teth. Sordes eius in pedibus eius nec recordata est finis sue. Deposita est vehementer non habens consolatorem. Vide domine afflictionem meam quoniam erectus est inimicus meus.

Designare bonum teth littera noua videtur
Dum veniam pro peccatis plebs capta precetur
Plebs quia capta fuit vaga mesta genus cor acerbum
Traxerat in pedibus sordes errore malorum
Vllus in etiam viuit sine sorde viator
Sed fuit absque nota solus mundi dominator
Cum petri pedibus stillas infudit aquarum
Ostendens quod nos mundemur aquis lacrimarum
Et memori finem teneamus pectore nostrum

Ut nos suscipiat summus dans regibus astra
In pede fert ana sordes ingrediendo moram
Hinc speciosa prius nitunt candore bonorum
Affectus appello pedes quos saepe lavando
Quidamque lacrimis devota mente perfundo
Sed sathanas fraudum contra nos erigit arte
Quemque demque christo duce frangere in arte
Manum hostis misit manum suam ad omnia desiderabilia eius quia vidit gentes ingressas sanctuarium suum de quibus praeceperas ne intrarent in ecclesiam tuam
Iniquitatis principium sathanas licet nequam dolorum
Fomes et origo fuit gentes mittens templa decorum
Hostilis turba magis extendit ad optima rerum
Hinc male te colunt o conditor alme dierum
Gentes exose tibi corde vel ore dolose
Templum invadunt operibus sibi quae pretiose
Ac radiante rasa templi rapiunt aurea vasa
Preda confringit quicquid voluit rapuit cepit
Utitur ad cenae bona sancta magis leo dirus
Sparges in membris illius flebile virus
Infestans eius iubar actorem quia dici
Sabbata conturbat non dans operam requiei
Ad templum reputans sancti misteria sacri
Hinc colit cetera simul et baptisma lavacri
Sperneres vexillum crucis altaris quia sigillum
Vertens in planctum quicquid fuit utile sanctum
Et demon animam vigenti luce serena
Invidet introit ad hanc pectorum dira venena
Nuda fit illa spei fidei vel amoris amictu
Fraudibus insidiis et cetera demonis ictu
Hinc contra sathanas non obserat hostia cordis
Genus est illius temptacio plurima sordis
Capitulum Omnes populus eius gementes et querentes panem dederunt preciosa quaeque pro cibo ad refocillandum animam vide domine et considera
Ve decima sequimur capitulum littera dicat esse
Nec recor hinc vero sensum racionis abesse
Capitulum sonat hic dicitur magis et metrum notat illam
Hinc se cognosces vilem vocat atque famulam
Et quae magis dicitur levi pia pectora tactu

pulsat / que prauo cessare videntur ab actu
viii sequitur vide domine et considera quoniam facta sum
vilis et illud magis dominum tetigit. Ac si diceretur
Vi regibus astra vide quod sum vaga vilis egena
Que fueram prius ampla bonis dulcedine //
pauerat plebs meretrix quod venit ab ethere querens
pascit ab eterne patris pia verba sophie // plena
Sunt quia per vili tales pignora dedere
Quod querunt nulla ratione merentur habere
Nam res mansuras fugiunt et amant perituras
Terrena lucra volunt celestia querere nolunt
Tales in luctu remanent et sunt sine fructu
Infelix anima que non sapit ista superna
Pro dape re minima dat que bona sunt et opima
Dum robur mentis ad carnis flectit amorem
Perperant viris quippe vite celestis honorem
lameth O vos omnes qui transitis per viam
Attendite et videte si est dolor sicut dolor
meus quia vindemiavit me ut locutus
est dominus in die ire furoris sui
Me hec significat lameth contrito mentis
Hec est vox populi remanentis in urbe loquentis
Omnes qui transitis loca plebis per lata viarum
Aspicite si dolor est qui sic faciat cor amarum
Nam video sacra vasa rapi templum violari
Aras everti legalia scripta cremari
Presbiteros qui lucis iter prebere solebant
Vincla pati per eos qui nil pietatis habebant
Virginei cetus corrumpi labe pudorem
Ad nichilum redigi templi decus urbis honorem
A duo sic est urbis vindemia facta
Nobilis est hosti sic urbis sermone coacta
Sic loquitur christus pro nobis in cruce pendens
Ut nos amplexu stringat sibi brachia tendens
Vos qui transitis prope me qui sum via celi
Intuitu mentis et corde videte fideli
Si par est alicuius dolor huic tanto quoque dolori
Cum quo porrexit fel tortor perfidus ori
Cum quo peccata mali sunt verbera vincla sputum
Spine pungentes clavi quoque cuspide acuta
Fixa meo lateri longini militis hasta

Sue siccus potus fuit isto sanguine pasta
Ecclesie anima viciorum labe grauata
Nec tamen omnino virtute dei viduata
Sepe videmus alios pariter vite gradientes
Et recte fidei vestigia recta sequentes
Proclamat O vos omnes qui transitis per viam
Vos videte quibus vinclis quatior quam malorum
Afficiar penis quia me dux ducorum
Ultus hostes scelerum pro sorde meorum
Celitus orbavit qui me sensus ille coruscans
Moribus exhibuit sibi nullo tempore fulgorem
Mem De excelso misit ignem in ossibus meis et erudivit me expandit rethe pedibus meis et convertit me retrorsum posuit me desolatam tota die merore confectam
Cum sonat ex ipsis dominus ignem quod significat
Quem deus ex alto transmisit ut hostem adurat
Egregias edes templi fabricas quod virorum
Ipse nequitie scelus et peccata suorum
Ignis ab excelso veniens descendit ad yma
In Iob par fuit huic igni temptacio prima
Cumque consumpsit descendens ignis opima
Ossa notat que robur habent quod fortia queque
Consumpsit cetera inde eo qui iudicat eque
Unde sequitur Expandit rethe pedibus meis
Rethe suis pedibus illas habuisse sciatis
Cum mente capti sunt manibus pedibusque
Noster ab excelso rutilo salvator in igne ligatis
Super discipulos misit sua dona benigne
Quarum vox sonuit per partes quatuor orbis
Cum sint electi cunctis succurrere morbis
Cum hi lustrarent terram pede rethe tenebat
Presentes animas que plene sorde iacebant
Inde petro dictum veraciter esse notamus
Et capiens homines erit eius rethe vel hamus
Eripiens animas quas continet ire saxea moles
De qua precipit viciorum plurima plebs
Sed Christi bonitas pietatis ab ethere stillam
Infundens aliquam convertit sepius illam
Dum quod cor illius deus in sua retia nectit
Hec graditur recte nec mentaliter retro flectit

Sed gemit et plangit vite peccata prioris
Que sentit recolens nimium plena doloris
Et pedibus dignus cum singultu lacrimare
Procubuit et abstergit quicquid deliquerat ante
Nun Vigilavit iugum iniquitatum mearum in
manu eius convolute sunt et imposite collo meo
infirmata est virtus mea dedit me dominus
in manum de qua non potero surgere
Nun septimum sonat ut cognoscat hebreus
Cum plebes cum scriba cum doctor cum phariseus
Collum non solvit veteris de pondere legis
Surgere non poterit nisi summi munere regis
Donec in extremis veniat collectio plena
Iudeorum stirpis cum numerus sit sicut arena
Cunctus totus fiet per opus virge vigilantis
Putabit quod fides per opem domini miserantis
Nun quatit eciam tentamen plena furore
In manibus domini vigilans est absque sopore
Illius impietas et subditur ipsa cruentis
Hostibus amittens interne gaudia mentis
Amittens torques et clara monilia morum
Que prius hinc dederat sanctorum sponsus amorum
A collo sponse torques in pectore pendens
Dogmata signantes fidei que lumine splendens est
Sepe quidem vi demum splendida maria
A rectore bono trahitur de pectoris arca
Cultum iudicare signare monile putatur
Et gremium claudit ne nuda caro videatur
Hinc qui se spoliat hac morum veste serena
Pretio veniet a iusto iudice pena
Nun sempiternum sonat et notat ista figura
Passuros omnibus temporibus tormenta futura
Non ut sanctorum soboles electa familiis
Ignibus perpetuis tradatur sed quod in illis
Membris impletur eternum pena doloris
De quibus ecclesia gemit et dolet omnibus horis
In vigilans cura culpas premit laboret
Et pro peccatis suspirans ploret et oret
Certa magis domini non ultra premet illam
Sed sempiternam poterit vincere familiam
Nec terrebit eam quod non videat signat

litera supplicium quod in omni tpe durat
Samech abstulit dns omes magnificos meos
de medio mei vocauit adu*sum me tpus
ut contereret omes electos meos Torcular
calcauit dns virgini filie iuda

p lebem contritam mostrat lra Lamech
Nam caret auxilio plebs mutat lra samech
Exceptis turbis omes deus abstulit vrbis
Cunctos magnificos dnice legis amicos
Ezechiel daniel in prima clade fuerunt
Qui misere plebi solacia multa dederunt
Nulla prudentis fuit hac i clade relicta
Qui premat hostiles gladios et terminus icta
Hec vox angelica sup vrbes menia trist
Intonuit moneamque iter de sedibus ist
a Ista ierlm quociens varijs tribulatur
Insidijs quociens heresum iaculis agitatur
doctores plangit cum voce gemens lacrimosa
Quos heresis vincit et corp secta dolosa
Qui se pro xpo noluit opponere murum
Contra scismaticos et pfida scismata fiers
In quos fidem fugiunt quasi vile pipsima fuit
Legis virtutis sensus s sparguntur acuti
Sunt ante ciues quas ditat gloria dines
Sz quia mite dato dei illam nunc mundat
Accidit ex illo q ps contraria ludat
Ad lumen fidei sic no valz illa redire
In faciat hac sathanas p iter caliginis ire
In torculari vini vomunt v.va liquores
Crux est torcular tibi fundes xpe cruores
De qua spes oritur si sit confessio munda
Quia hec vita nasci quasi de pre munda
Pro tali pplo quem cordis honorat et oris
Gracia calcasti torcular xpe doloris
Ayn idcirco ego plorans et oculus meus de
ducens aquam q longe factus est a me consolator
meus conuertens aiam meam facti sunt filij mei
perditi quoniam preualuit inimicus meus
a Ut fons a oculus aym sonat ista figura
Captiue plebis oculis lacrimas peritura

hec ē ecīe vox hec est vox Jeremie
hec est vox flentꝭ aie ptagementꝭ
hec gemit ecīa doctores absqȝ sophia
multos deploras gemitu lacrimisqȝ laboras
p miseris nimias fidens lacrimas Jemias
Irrorat fronte faciens descende fontem
loras est aūt q̄ pq ornabula pma
multos deliquit hec facta priora r̄ligt
phe Expandit syon manꝯ suas nō ē q̄s
cōsoletur eā mādauit dūs aduersū iacob
in circuitu eius hostes eius facta est ilrl̄m q̄si
polluta mestruis inter eos
Itēa phe quadaꝫ racōn sanu sonat ores
Naꝫ quasi muta sui vrih demōstrat dolorꝭ
Non valet ore manꝯ expendes mōe dolet
Matris in articlo mortꝭ puerꝫ parientꝭ
Expassis manibꝯ maior dolor esse videtr̄
Cui vox ꝫ clamor quoqꝫ ore mouetur
Sꝫ qm̄a nō tribuit sua dona pacituꝫ isti
hostibꝯ inimicis indēta vrpma finisti
Misit caldeos hostes aduersus hebreos
Rector rectorꝫ ppter peccata reorꝫ
Misit ꝫ ingeutes ex rome culmine gentes
Misit ꝫ insigneꝫ tytumꝫ cū vespesiano
Cum noua cū ppl̄o mouerūt bella pphās
Per quas ilrl̄m zuit melita/ fuit hebreꝫ
vendit ꝫ capit. ꝫ ab omibꝯ est pharisey
ecclāꝫ q̄ma fraus heresis furtia molestat
Nō sit solator sibi qui solacia prestat
Merorꝫ que corde tenet nō exprimit ore
Sꝫ velut expassis manibꝯ sic illa dolore
deficit aīe sacri solacia flatus
Circumvallat eāꝫ vicorꝫ turbo ppatus
Sade Justꝯ est dūs q̄ma os eius ad iram
diaꝫ provocaui Audite obsecro vniuersi ppl̄i
et videte dolorem meū virgines mee et
iuuenes mei abierunt in captiuitatem
Iusticiaꝫ dnī demōstrat lra sade
In ppl̄o digno necē sāguie ꝫ hac clade
Et dūs iustꝯ q̄m cunctis iudicat eque

Terre iacob dat nat' premia queque
Coph vocavi amicos meos et ipsi decepe
runt me, sacerdotes mei et senes mei in
urbe consumpti sunt quia quesierunt cibum sibi
ut refocillarent animas suas // Amicas
Itera coph sonat hic vocat namque vacabunt
Egipti pecudes indeuus sensit iniquos
Ic et in terra quoque vacavit amica
Ipocrite vel pueri, sed sunt inimica
Ic animam bona querentem mala sepe cupido
Decepit, aut carnem delectat blanda libido
Res vide domine quoniam tribulor venter meus
conturbatus est subversum est caput cor meum re
versum in memetipsa quoniam amaritudine
plena sum foris interficit gladius et intus
fames et domi mors similis est
It dolor in capite populo prenobilis urbis
Maiores sociat eadem tribulacio turbis
Dicat in vide qui nosti cuncta videre
Cui nunquam potuerunt ulla secreta latere
Aspice quod patior tormenta pericla rapinas
Hostiles gladios mucronem quoque semper ruinas
Conturbidus est venter meum cor suscipit amarum
Sanguine proprio sunt compita plena viarum
Ipocrite vel pueri perversa docentes
Ecclesiam turbant sectas novitatis habentes
Hinc ait illa vide qui corda vides aliorum
Que faciunt hostes torquentes membra meorum
O rex et hic aia dea aspice fronte serena
Attende sum fragilis quoniam sum virtutis egena
Quot patior mala quantis languoribus angor
Qualiter introrsum viciorum turbine frangor
Syn Audierunt quia ingemisco ego et non
est qui consoletur me, omnes inimici mei audi
erunt malum meum, letati sunt quia tu fecisti
Adduxisti diem consolationis et fient similes mei
Itera syn dentes sonat et clare manifestat
Ex cives urbis turbacio multa molestat
Emittit dentes stridorem palpebra fletum
Singultus fauces, hostilia spicula letum
Non aliquis remanet preclarus civibus in urbe

Cum doceat miseros, qui det solacia turbe
Christi sponsa suos deplorat plena doloris
Quos hic demonstrat que dentes exprimit oris
Cum hic spiritualis exponunt sunt quasi dentes
Lac parvis, escamque viris, offerre scientes
Et tamen etiam deplorat eos quia cedunt
Scismaticis, nec eam defendunt quod hic credunt
Conplanges anima virtutum nuda decore
plena malo sordens viciis infecta pudore
Thau Ingrediatur omne malum eorum coram te
et vindemia eos sicut vindemiasti me propter
iniquitates meas Multi enim gemitus mei
et cor meum merens
Itera finalis thau signa notare videtur
In qua forma crucis inscripta decet haberi
Omnibus signorum minus completur in isto
Cetera signa quibus soli sunt congrua christo
Ezechielis testis demonstrat hoc elementum
dicens vade thau scribes in fronte gementum
Est apud hebreos thau mistica littera finis
Signatos quod christe signo crucis omnia finis
Est et apud grecos o littera fine supremo
Ista negat grecam qui nomine gramata nemo
Insinuans christum finem qui dat diadema
Iustis in fine mundi pro reprobis anathema
Hic gemitu etiam deplorans de strage suorum
Clamans iuste deus qui claustra vides animorum
Cur nunc servorum non sit vindicta tuorum
Accidet hac demum sed non quando supremum
Iudicium veniet et flebilis visio fiet
Cum genus iustorum stellis stellata micabit
Et reprobata chorus eadem in sulfure flebit
Vespertinus anima dura lacrimosa precatu
Supplicat ut mundet se gratia summa reatu
Abluat omne malum quod gesserat intus et extra
Et se conservet a penis celica dextra
Si numeres quot sunt apud hebreos elementa
Sunt totidem libri qui in lege habent documenta
Et si principias que littera sumpta habetur
In grecis titulis o littera scripta videtur
Alpha quod principium demonstrat ut in notetur

Ut recte dominus ihesus alpha sit o quam vocet

Expliciunt lamentaciones Jeremie prophete

Incipit liber danielis prophete

Postquam subiectos sibi rex babilonis hebreos
Vicit et afflixit cuse dolore fame
Insignes pueros sensu forma quam peritos
Cum reliquis secum in babilona trahit
Quos eunuchorum prelato tradit ut illos
Doctrina formet eloquii quam favis
Ut pascat illos regalis fercula mense
Et rex assignans lima pascit ibi
Sed daniel azarias misael ananias
Effulsere magis quatuor inter eos
Prefuit his malasar regales exhibet escas
Ut nitidos illos redderet esca interius
Inquit ei daniel tentabis quinque diebus
Obsecro nos tantum dando legumina aqua
Post vultum nostrum et eos quos regia pascit
Esca nota post hoc quod placet illud age
Annuit ille puerorum prebendo legumina escam
Regalem tollens ad sua vota cibi
In quibus brevi tum pueri invenere quam omnis
Excedat sensum mentis et oris honor
Isti post annos tres coram rege statuti
Plenius exponunt omne quod ille petit
Doctrine decuplum precepit invenit in illis
Peritis aliis qui sua regna colunt
Visio nulla gravis sensum latuit danielis
Somnia que latitant hinc patuere viro
Hic in caldea manens castissimus usque
Ad darii tempus clarus honore fuit
Isti visa decem patuerunt que sine falsi
Fermento nunc vult aperire salus

De prima visione

a Anno qui fuerat a regni fine secundus
Somnia rex vidit nec memor inde fuit
Quesivit ab ariolis que viderit ipse sed omnis
Ariolus regis solvere visa nequit
Iratus cepit rex ut pereant babilonis
Omnes prudentes corde furente iubet
Quesitus ut pereat daniel sed postulat ille

Vnius spacium noctis ad illud opus
Cum que suis sacris pulsat per sidera psallas
Extra celestis visa revelat ei
Coram rege stetit / cui rex potes ne quod opto
Solvere / respondit: est deus ista potens
Est deus in celo reserans secreta / supremo
Ipse monstravit illa futura tibi
Pectore volvebas quonam post te regi teneret
Vndique tibi regna futura deus
Coram te statuam grandem prestare videbas
Horrificam cuius ista figura fuit
Est aurum caput et collum / sunt brachia pectus
Argentum / sunt hec venter utrumque femur
fui Sunt tybie ferrum quedam pars ferrea durat
In pedibus quedam fictilis equa luto
Scinditur absque manu demote lapis feriente
Comminuet statuam tota fit illa cinis
In montem magnum crevit dicimus ille lapillus
Cuius mole gravi tota repletur humus
O rex audisti que sit tua visio / mentis
Nunc racionem nota visa quid ista notent
Est caput ex auro / tui est pectus auro
Et regno cedunt omnia regna tuo
Post aliud regnum surget minus et velud auro
Argentum cedit sic minus illud erit
Regnum persarum medorum congruit isti
Brachia fregerunt hec babilona duo
Laude nitentis celebri post hec ex ere sequetur
Regnum prosperum / quod tremet omnis humus
Hoc est grecorum regnum quod congruit eri
Nam velut es resonat hoc ita laude sonat
Vel per rethoricos quos nutrit gracia / sive
Per alexandrum / que sua fama canit
Quartum succedet regnum ferreus quia ferrum
Quod de romano rite notare potes
Ferrum cuncta domat / constringit / conterit / ensis
Romanus fregit cuncta rigore suo
Porro pedum quedam pars ferrea / testa quedam
Lites civiles discidium que notat
Quarum materies non heret ferrea teste

Sic herode sibi nequit plebs iuncta sibi
Sic partum regnum iacet et partum solidabit
Dum plebs hinc semper dissidet nil viget
Tunc deus audet regnum celeste quod ista
Singula comminuat tempus in omne manebit
Post regem daniel audit quid lapis iste
Denotet hec ioseph non placuere tamen
Ad regnum quod adhuc expectat nescia xpo
Hac iudea refert corde tarda deo
Tunc rex prohibuit hec danielem prius adorabat
Excepto vero nullus in orbe deus
In daniele viget sensus sublimis et eius
Pectus inspiratur omnipotente deo
Post regem daniel super omne decus babilonis
Fit princeps meritis et racione potens
Sunt et tres pueri daniele petente statuti
Tota per rege iubente duces Sta visio
in qua rex in fornace vidit quartum similem filio dei
Altam sex cubitis statuam rex erexit auro
Que decies senis grandis et alta fuit
Rex statuit statuam ipse duram flumine ut omnis
Dux princeps miles vulgus adoret eam hanc
Preco clamabat ut hanc omnis vir adoret in
Una dulces modulos musica lingua dabat
Qui spernet curvare genu mitte in igne
Fornacis flammis fiat ut ille cinis
Preter tres pueros statuam plebs omnis adorat
Accendit nimius regia corda furor
Fornacem iubet accendi strepit ignis in illa
Et soluto gramar septupla flamma fuit
Tres in fornacis medium mittuntur at illos
Qui misere viros flamma voravit edax
Que sequuntur dicit ieronimus inter legisse in libro
Flamma decem cubitis super decies quater hebreos
Quos ipse fornacem sensit adesse vorat
Geometrica regula comprehensum est
Angelus ad pueros descendens excutit igne
Efflare facit ventum roris in igne gravem
Tres igitur laudes canere deo benedictus
Patrum nostrorum sit sine fine deus
Ille sequens hymnus quem post benedicite dicit

In laudes dni prodit ab ore trium
Rex stupet hic & ait tres tm misimus intus
Quartus adest quasi sit filius ipse dei
Tunc prodire iubet rex de fornace cunctos
laudantes hylares & sine labe viros
Quirunt qm in hijs combustio nulla capilli
Non vestes vste no dolor vllus erat
Edictum qz dedit rex ne dnet nl egenus
Pmat in illorum va prophana deum
Restituit qz tribus quos est largitus honores
Primitus in prima sicut & ante regant
Tercia visio quam non scripsit daniel s; est epistola regis persis de bestia restitutus est in hominem qua inseruit daniel operi suo / hec est forma epistole
Ut subito ista fiunt mittentes epla regis
Cum rursu sit homo bestia primo manens
Nec scripsit daniel nisi rex qui viderat illam
Inseruit scriptis hanc tm ille suis
Porro qm loquitur rex est inducit ipse
Ut rex visor & sua visa loquens
Nabuchodonazor dixit hec
Letens in regno dm gaudeo somnia vidi
Iurrissere michi somnia visa metum
Nec potuere viri caldei soluere visum
Sz solus daniel indicat ista michi
Paruit in somnis arbor michi sidera tangens
Amplectens primas frondibus ampla suis
Pastum sumebat aialia queque sub illa
In ramis eius multa vigebat auis
Ecce vigil sctus ait de celo / ruat arbor
Expulet & pereat bestia fructus aues
Sit tm in tra gmen remanens & in agro
Terre pascatur / associet qz feras
Eius ab humano cor mittet / sup illam
Septem mutari tempora plena feras
Donec cognoscat viuentes qz deus vnus
In celo regnet / terra regna regens
Turbatus daniel sola quasi cogitet hora
Heret / & exponens somnia regis ait

Te rex designat arbor que sidera tangit
Sub cuius nutu cetera et regna tremunt
Audisti decreta dei te respuit orbis
Et tibi tolletur hinc honoris apex
Cum quadrupedibus feris fenum comedes per tempora septem
Donec cognoscas quis tibi regna dedit
Germen radicis dimittetur tibi regni
Nam tibi restituet conditor ille tuus
Audi consilium tu miseris miserando reatus
Dilue / terge tuos / per pietatis opus
Rex anni post circuitum dum circuit aulam
De babilone sua verba superba sonat
Nonne miteus est hec babilon que preminet orbi
Ampla decore suo robore facta meo
Vox erat / in lingua cum de celo super illum
Vox ruit / aufferetur gloria tanta tibi
Ad pecudes transi tibi sit fenum cibus annis
Septem / donec eum qui regit astra sciat

De mutacione nabuchodonosor et sensu reddito

Ex hominum cetu mox est eiectus et herbis
Vescitus sumebat pabula more bouis
Crines crescunt aquilas imitatur et ungues
Crescunt ut volucrum sunt rapiendo pares
Postquam dies diffinitus ego rex leuo sursum
Intuitum / sensus redditur ecce michi
Laudo deum omni eterna vigens qui prestat
Regno restituor et michi crevit honor

Prenotato de successoribus nabuchodonozar in regno caldeorum usque ad baltasar quo regnante babilon capta est

Post obitum nabuchodonosor rex filius eius
Nomine eiusdem sceptra paterna tenet
Surgit qui post hunc suspectus ortus et artes
Exaltas viat artibus ille suis
Post istum frater evilmeradach fuit usus
Regno / qui ioachim soluit honorat alit
Tres genuit pueros est nomen baltasar primi
Post patrem datur huic regnum ille thronus

De quarta visione danielis non secundum ordinem libri eius sed hystoriam in qua vidit

ymagines quatuor bestiarum signantes quatuor regna que Nabuchodonosor vidit in statua quadrifaria sed additum est de antichristo et die iudicii

In primo Daniel regnantis Baltasar anno
Somnia vidit et hec scripsit et istud ait
In pelago venti pugnabant quatuor, exit
Vidi prodire quatuor inde feras

Quatuor venti sunt angelice potestates que laborant pro regnis mundi quibus presunt et arcent eos quem nocere volunt

Prima leena gerens alas aquile fuit, illas
Perdit, et e terra tollitur illa simul
Stat quoque super plantas ut homo, cor ei datur eius
Assirium regnum bestia tanta notat
Est lea vi fortis, fera plena libidine, fortes
Assirii semper luxurie quoque dati
Hec alas habuit aquile per tempore longo
Incipiens etas qui secunda fuit
Sub Saruch, diebus Abrahe descendit ab illa
Ad certum donec Baltasar corruet honor
Alis evulsis stravit in pedibus fera, per quod hec
Corde dato notat hunc cum fuit herba cibus
Hunc dans ex homine ceti perdit et inde
Restituit regno, scire futura dedit
Bestia que primam sequitur par cernitur urso
Non tamen ex toto, sed quasi parte sui
Ordo triplex in dentibus est, et dicitur illi
Ut surgat carnes plurima frusta voret
Regnum Persarum notat ursus, namque labores
Et duros victus plebs solet illa pati
Nam pro pulmento gerens hoc homo sale crudo
Et cardamomo vescitur optat ali
Plebs ea non urso par est penitus quia nullum
In populum legis est operata malum
Medos Caldeos Persas habuit prius illud
Regnum, denotat hoc dentibus ordo triplex
Vel tres forte duces solitos certo ducari
Satrapis, et bis quinque decem quoque viris
Hoc quod dicebat nunc carnibus utere multis
Respicit Asueri tempora propter Aman
Cum gente consilium regis transfudit in aurem
Ut gladio pereat omnis Hebrea tribus

Tercia post illam pardus gestabat a[l]as
Quatuor e capitibus cui quinque posse dat
Regnum grecorum quod alexandri mag[num] auxit
Defendit pardus ista notare potest
Est pellis pardi vario distincto colore
Et varias gentes subdidit iste sibi
In mortem saltu pardus ruit impetus iste
In mortes hominum saltibus rex facit
Alas pardus habet celeri victoria cursu
Ornat alexandrum dum sua fama volat
Quatuor e capitibus fera nam moriendo reliquit
Heredes regni quatuor iste sui
Tantum posse deus dedit huic nam virga furoris
Super peccantes extitit ille dei
Bestia quarta fuit fortis dentes quos signauis
Ex ferro comedens sub pede queque terens
Romanum regnum notat hec quod par animali
Nulli designat mira propheta loquens
Ut sic romanum demonstrat hic vigorem
Quod solet in cunctis fortius esse feris
Vult tamen hebreus quod bestia par fuit apro
Exponens illud quod cytharista canit
De silua veniens vites vastabit hebreas
Dente timendus aper titus et ille fuit
Hoc regnum rome gallicas cetera vincit
Fregit comminuit sub pede cuncta terens
Cornibus illa decem sternebat bestia terram
Ad fines mundi respicit iste locus
Aut in regna decem roma potencia crescet
Per soles notat hec ipsa sibilla decem
Horum de medio breue cornu surget et illud
Est antixpus quem sinagoga colet
De dan nascetur miser in babilone parentum
Semine corruptus demone plenus erit
Primus ab ipso tria sunt a cornibus eius
A facie reges tres dabit ille nece
Rex egipte tuus ac africa rex tuus et rex
Ethiopes vester hinc ab ense cadent
Hijs tribus occisis ceteris decem mente perempti
Septem victori colla subacta dabunt
Omnia videndo faciat magice miracula monstrans
Gazas inveniens quas modo terra tegit
Et ecce quasi oculi hominis erant in eo

Et ducendo dum faciet mittere sacre templum
Ponet ibi solium turba sequetur eum
Ad se convertet multos minime signis
Eliam perimet et gladiabit enoch
Aspiciebam hec donec throni positi sunt vestis
eius candida quasi capilli capitis lana munda
Thronus eius flamme ignis rote eius ignis accensus
fluvius rapidus egrediebatur a facie eius
Eloy indicium vis signatur in istis
Cum Christi faciem flamma prebit eternam
Decies centena milia assistebant ei indicium sedit et libri conscientie aperti sunt
Iudicis adventu victorum corda patebunt
Angelicos cetus milia dena notant
Et vidi quod occisa esset quarta bestia cuius abla-
ta est potestas
Tunc hic cessabit omnis plaga Christi
Cuius caput ornabit lucis corona micans
Et ecce in nubibus celi quasi filius hominis
venit in carne glorificata scilicet venit
Tunc Christus veniens in nubibus aera tanget
Sicut in ascensu transiit astra suo
Et usque ad antiquum dierum pervenit
Tunc fiet equalis patri per singula Christus
Cuique laus est et honor et sit sine decem
Daniel ascendit ad angelum qui ei exposuit
singula de antichristo hoc addens sanctos
altissimi conteret et tradentur in manu eius
usque ad tempus et tempora et dimidium temporis
Tempora sunt anni duo tempus denotat annum
Anni dimidium temporis est medium
Sequitur septima visio danielis in hunc
modum ego daniel cum essem in susis regione
vidi in visione me esse super portam
ulay et ecce hircum habens quatuor cornua
excelsa et unum excelsius alio atque sublimius
et omnes bestie non poterant ei resistere
Est alio cornu sublimius unum
Precedens darium robore sine manu
Hec bestia hircus per quem signatur regnum grecorum
Signat alexandrum dedignans tangere terram
hircus qui velox vincere semper erat

Cont vnctorz (?) festinas prelia gessit
Cuius geminos cornua bina tulit
Est aries darius arsemi filius eius
Abstulit ille duo cornua regna duo
Medos et persas ipsa virtute subegit
Ex hoc fecit gente tributa dari
Aut vnum darius cornu nos et persas vnum
Quos geminos reges subdidit ipse sibi
Perdidit hic duplex cornua potencia cornu
Hircus subpeditos ille subegit eos / saltu
Cum velut circus erat agiles duos vndique
Hos pugnando premens hos gladiando necans
Quatuor hunc hirco nascunt cornua / regna
Tot sunt heredes de quibus inde loquar
Ex illis ortu cornu breue crescere cepit
Et contra stellas impetus eius erat
Anthiochus cornu signatur in hoc epiphanes
Nam fuit in populis pessimus ille dei
In templo statuit statuam iouis / audio sanctum
Vnum cum socio mox ea verba loqui
Vsque quo mege sacrificium et sanctuarium et for
titudo conculabitur quam audit vsque ad
vesperam et mane diebus duo milia et trecenti
et mundabitur sanctuarium
Tempus ab antiocho cum pollui fecit / vsque
Templum mundetur quod machabeus agit
Sex menses annos sex defluxisse videbis
Tres menses et bis quinque decem quam dies
Dum querit daniel que sensu somnia monstret
Accedit gabriel indicat illud ei
Sexta visio danielis que quarta est in dani
ele sed ieronimus eam sextam vocat in prologo
super baruth et hec est caldeice scripta factum
est ut cirus et darius interfecerat baltasar
in babilone in cuius morte prius facta
est visio manus scribentis in pariete mane
thetelphares et hoc exposuit daniel qui
misterium rei intellexerat
Baltasar ornari menses splendore ciborum
Precepit ducibus principibus que suis
Afferri sacra vasa iubet que roboe multo

Et dni templo sustulit eius avus / istud
vasa cornabat vino / fictas qz canebat
laudes / dys fictis numinibus qz suis
Ecce manus regis apparens visibus / istud
Exarat in muro mane thetel qz phares
Ergo magos invitat quibus inquit q leget =
Et quid scripta velint hec tua dona feret
purpura vestiet hunc iuget & aurea torques
ffiet & in regno tercius ille meo // inquit
Non est inventus vir qui legat hec / qd avatus
Exhiterat / vel qui soluere scripta queat
Donec adest daniel qui singula soluit & =
Audi scripturam mane thetel qz phares
Mane sonat numerus deus esse tuum numeravit
Regnum / compleuit illud & absqz mora
porro tetel sonat appensum / qz iam tua vita
pendens in libra minorat hec qz minus
Dimissum qz phares notat est divisio regni
Facta tum medis persa fruentur eo
purpura mox illum vestit dat aurea torques
Ad sit & in regno tercius ille / canunt
Capta fuit babilon in eadem nocte triumphat
Cirus ad dario baltasar ense cadit
Succedit darius eum defert cum honore
Laudisqz maiori pro bonitate sui

Sequitur septima visio danielis unus hic e
Ordo porro danielem suscepit darius duxit
eum secum in medium & erat unus de tribus
satrapis qui preerat centum viginti tribus
in eo enim erat spiritus dei amplior Cogi
tabat enim rex constituere eum super totum regnum
suum / unde principes invidebant ei et
querebant occasionem accusandi eum &
expellendi a latere regis et dixerunt
non inveniemus occasionem nisi in lege dei sui

Invidia caldeos agitat qz rex danielem
Ditat & insignit multiplicat qz bonis
Dixerunt qz simul occasio nulla patebit
In daniele nisi quod colit ille deum
Persuadent ergo regi decreta dedere

Cuncti pendentes quibus tua mira regunt
Nemo dies infra ter denos rem petat ullam
A quoquam nisi rex a bonitate tua
Si petat occubat vindicta lacu quoque leonum
Ingrediens fiat ista truenta feris
Tunc statuere duces firmo decreta sigillo
Imperio firmavit regia scripta novo
In domum daniel redyt referens quod fenestris
Apertis orabat corde vel ore tribus
Orabat ter in dei dum tria splendet
Et dum sexta micat hora quoque nona nitet
Lex in monte datur dum tria splendet hora
Spiritus hac hora sanctus in igne datur
Eneus in sexta ligno configitur anguis
Hac hora pendens in cruce xpe tuo
Nona misit aqua petra larga flucta profudens
Nona de xpo sanguinis et unda fluit
Est quoque preceptis dominum daniel inventus ab illis
Perversis cuius qui sitiere sitire necis
Regi declarat rem respondentia rex
Obstat ne noceat ora ferina viro
Nil sed cum possit descendit ad ora leonis
Immissus daniel sed timor omnis abest
In duo misit confidit ne ve nocerent
Immotus sese continuere fere
Tunc vidit daniel fuit angelus ora leonum
Concludens ideo sit fera nulla nocens
Sed cum nil possit rex mittit ad leones
Innocuus daniel stat fera nulla nocet
Extrahitur sanus inque mittitur iniqui
Accusatores sed eos ora ferina vorant
Rex igitur preclara dei miracula cernens
In regno fecit singula nota suo
Visio octava danielis in anno primo darij
Ego daniel intellexi in libris jeremie quod
Completi appropinquaret lxx^ta^ anni desolationis
Jerusalem oravi deum in ieiuniis et sacco dicens
Obsecro avertatur ira tua a civitate tua
Jerusalem et ostende faciem tuam super sanctuarium tuum
Orat deinde deum daniel quod liberet urbem
Jerusalem populum solvat et ipse simul
Apparens gabriel sibi nunciat ista quod eius

Attendit voces et pia vota deus
Dum precatur illud ait gabriel ut liberet urbem
Attendit voces et tua vota dei
Hec et adhuc inquit vero vel pande visio
Sermonem nota que reserare paro
Tunc angelus aperuit ei liberatorem futurum
per xpm addidit et de destructione per roma
nos. lxx^ta ebdomades abbreviate sunt super
populum tuum et super urbem tuam ut consummetur
prevaricacio et finem accipiet peccatum et dele
atur iniquitas et adducatur iusticia sempi
terna et impleatur visio per prophetas et un
gatur sanctus sanctorum. Scito quod ab exitu ser
monis ut edificetur iterum Ierusalem usque ad
xpm ducem hebdomades septem et
hebdomades sexaginta due erunt
Angelus his verbis xpi prenunciat ortum
Qui peccata tulit iusticiamque dedit
Legem complevit qui per cunctis pater viveret
Ut rex et presul esset utrumque simul // tas
Hebdomades septem decies ait abbrevia
Esse super populum quo fiat salus
Heptdomades ait annorum non esse dierum
Septem sed annos heptomas una facit
Propter lunares annos ait abbreviatas
Heptomades spacio namque breviore fluunt
Solares vincunt uno quoque decem quoque diebus
Annos lunares si numerando notes
lxx^ta heptomades annorum solarium faciunt
annos tricetos septuaginta quippe lunarium
vero annorum faciunt annos trecentos nona
ginta. Est ergo sensus quod ab exitu sermonis
ut reedificetur Ierusalem usque ad ducem xpm
fluxerunt anni lunares xxxx cx // unam
Et septem decies quas heptomades legis
Extremam daniel separet in loquis
Heptomas una quidem partu finabit id annus
De tribus accipias dimidio quoque simul
Dum docuit xpm et quod premiserat ante
Antiquus pres presit esse tacitum
Nam iam transierunt tres anni dimidiique

Istius heptomadis cum lauat vnda ihesum
In dimidio eiusdem heptomadis circa finem
Deficiet hostia et sacrificium et in templo
erit abhominacio desolacionis et desolata
erunt sacrificia post mortem xpi et vsque
ad finem mundi durabit hoc

Xriste tue mortis tempore daniel ibi ponit
post decies senas heptomades quam duas
Atque subaudito septem solam quam supernam
Cuius secat in partes mens studiosa duas
Interius mortem xpe paciendo tue eius
Existens populus nam quem negabit eum
Romanus populus cum principe vespesiano
Vrbem consumet et sacra sancta dei

Nona visio danielis

Vidit et hec daniel quia nunc constat relatu
Dominus hec eius visio nona fuit
Cyri persarum regis cum tercius annus
Affuit est grandis visio facta michi
Affligi carnem ieiuniis tempore multo
Nec caro nec vinum os subiere meum
Post quam diebus mensis primi senos quater vnus
Ecce vir apparet veste decore nitens
Ex lino vestis ex auro zona nitebat
Os fulgur frontis lux quasi lampas erat
Pectus crisolito par brachia pes sunt eri
Vox quasi multorum vera loquentis erant
Solus cum video vires fugiunt color oris
Mutatur iacens vultus adheret humo
Ille vir accedit michi dat solamen et inquit
Ne timeas daniel corde repelle metum
Nam quam die primo mensis dum ter prece pulsas
Astra deo sedit vox lacrimosa precum
De reditu populi dominus tibi prebuit aures
Predicto quam die nuncius esse paro
Sed michi persarum princeps ter quinque diebus
Restitit et regnis sic mora facta fuit
Cum tunc egrederer patuit grecorum princeps
Vt vos impediat incuciat que metum
De reditu populi nunc te venio dare certum
Nemo nisi michael confert michi prebet opem

Legati satrape sunt princeps ille vel ille
Sicut Ieronimi littera nuda sonat
Istos apparitores his regnis esse fatetur
Ut subiecta sibi regna labore gravent
Ergo Ieronimi si dicta signamus eorum
Nam zelus erat inpediens quam bonus
Ut tua plebs contra pereat dum requiret hebreos
Angele persarum tu studiosus eras
Hinc ut persarum regnum greco sociatur
Angele grecorum tu studiosus eras
Sed cum Ieronimo non consonat immo super nos
Gregorius cives esse fatetur eos
Quos ideo dicat obstantes ut remorando
Purget purgandum si quid hebreus habet
Sed celi cives gregorius esse fatetur
Ut purgetur adhuc si quid hebreus habet
Ut si in de cis aliquid rubiginis hesit
Eradat pene lima labor quam gravis Sequitur

Decima visio danielis in qua ait

Nunc erat primus darii stabamque virque
Audio predictum pandere mira dei
Pando tibi daniel nova post cirum dariumque
Quos nunc occiduorum regna tenere vides
Tres reges persis cambises herimedesque
Vir magnus darius natus ydaspis erat
Et quartus xerxes natus darii super omnes
Adversus grecos qui nova bella geret
Donec alexander veniat mox preerit omnes
Reges vir verax tu daniele loquens
Rex fortis rex ille potens pede conteret orbem
Sub pre tam celebri patria tota tremet

De regno egipti et sirie prosequitur daniel quia sub his afflictus est populus dei vrassimum post alexandrum regnavit in egipto ptolomeus lagi filius a quo successores dicti sunt ptolomei post ipsum regnavit ptolomeus philadelphus pto. evergetes pto. philopator pto. epiphanes pto. philometor In siria post alexandrum regnavit seleucus post antiochus a quo successores dicti sunt anthiochi post eum regnavit anti. sother anti. galericus

Anthiochus magnus anthiochus ephifanes

Iste vir antiochus epifanes · hic pro empto
In siria regnabit cepta thronum qz tenet
Hic iam doctorum quedam distingue dedit
Vt primum teneant mistica queque locum
Et pars anthiocho queda sit congrua quedam
Pars antypo sutre legendo potest De illis
que scribitur Et erunt in concupiscenciis feiarum
Congruit antiocho locus hic vbi dicitur iste
Feminee labiis multa cupido trahet
Sicut enim legitur nimiis hic exarsit in ipsum
Captivum duxit luxuriosa lues
Non antypo vox consonat hec qz gentes
Vt curius possit fallere castus erit
Congruit hic cristo locus hic mulier sacta gaudet
Stare tabernaculum figet aphedno suum
Aphedno interpretatur suum solium et est persicum
Illud figet solium que respiciat inde
Vertenti pelagus hic mare mortuum hic
Montem oliveti solium super ad ardua ponet
De quo conscendens xpistus ad astra redit
Et nemo auxiliabitur ei
Nullus opem feret huic · qz vox exacta clamabit
Dicet ubi · post hec fulminis igne cadet
Post hec prescribit daniel visionem de tempore
antixpi et resurrectionem mortuorum et iustorum mortuorum
Hic subit historia quam dicunt sic olym
Vir ioachym dictus in babilone fuit
Hic bonus et discretus erat · sensu qz vigebat
Consiliis dandis vulgus adibat eum
Huic facie prestans que tunc susanna vocata est
Et que stirpe iuda prodijt vxor erat
Porro quam causas arbitrarentur in illo
Anno presbiteros constituere duos
Qui tandem ioachym velud eius in ede frequentes
Vxoris speciem concupiere sue
Querebat qz senes multo molimine votum
Implendi possent qualiter esse locus
Ortus erat ioachym quo se plerumqz lavabat
Vxor in abscondito · prodijt unde locum
Hic latuere senes ut ibi sic teste repertam
Protinus arriperent et fruerentur ea
Prosequitur hystoria de susanna

Estus erat calor instabat sol flammeus undas
Iusserat innumeris frigoribus esse sui
Rivus quem Iudeus Ioachim lascivit in orto
Lampadis estive vi tepefactus erat
Illic invitat Susannam balnea surgit
Inde properat fraudem nescit inesse loco
Tentat aquam laudat latebras nuda subintrat
Laudatam nudam vidit uterque senum
Vidit et incaluit concepte pabula flamme
Hinc uterque gerens sunt in utroque senex
Hinc species inde species hic venus inde vetustas
Hinc color in calor cor tetigere senum
Ignem dant vires oculi lux ignea cervix
Lactea cesaries aurea nuda caro
Res nova decrepitus audax acer impetat igni
Exanguis stipule dant alimenta novo
Non par involuit pueros quam senes quam reatus
Errat a cauda puer senum a cauda senectus
Flamma senum rore preme non impetrat hora
Fornax sedari non sine fonte potest
Extinguitur levius puerilis flamma meretur
Fore primum modico flamma novella solet
Unde seu plura senes captivat fortius hunc
Illecebra celeres ad sua dampna volat
Heu pudor heu facinus bis clamat naso quod
Peius adulterio turpis adulter obest
Ergo preces fundunt ergo dant ergo minantur
Nil prece nil donis nil valuere minis
Ut nullo sensit effectu vota beari
Sic in Susannam fulminat ira senum
Effectus nisi si non arridet amori
Crimen fingemus in tua dampna novum
Te sponsi fidus lesisse fatebimur istud
In populi medio nostra querela ferat
Sperans et metuens fluitat Susanna ministrat
Spem divinus amor lingua dolosa metum
Eius trahitur velo quam spei vento quam timor
Spem quam metum quam sapiens inter utrumque volat
Devota quam votis ad celum mente loquelam
Fletibus undantem solvit in aure senum
Namque quo fugiet geminis impulsa procellis
Hinc in nulla salus hic fuga nulla patet

Sirtes incurret fugiens mea cimba caribdim
Et mea fata caveus in mea fata ferar
Peccatum perpetrantem me puniet ira gehenne
Clamantem clamatem puniet ira senum
Sed si vera senes magis in me seviat ira
Leniet inferni vibere tuta caro
Ergo mori malo simul immaculata relinqui
Cum me post mortem puniat ira dei
Ut dampni carnis animam lucrer evitat quoque
Portum celestem naufraga vita michi
Dixit et obsistit et prevalet una duobus
Semibus blanda viris feria iusta reis
Non vincunt ut cingit quoque nil adamanta
Malleus lapis magis inde nocere solent
Clamitat hec famuli currunt lapis quoque repente
Propter conspectus erubuere senes
Certe fugit dixere senes hic pulcer ephebus
Cum fecit pariens ista coyre tulit
Confusi retinere simul sed fornicator iste instros
Retulit cum volumus scire quis ipse fuit
Sic aiunt abeunt quoque senes pridie in
Cum duaz fusrent crimina tanta suam
Mane senes ioachim faciunt in tecta coire
Vulgus et ingressis ambobus ista ferunt
Actenus arrisit susanne gracia fame
Hactenus in populo floruit eius honor
Fama serena quidem sed nubila facta nunc huius
Laudi famose consona vita fuit
Sed quis erit fructus si te flos nominis ornet
Et de messe boni nil tua vita gerat
Omne quod est rubeum nomen non impetrat auri
Omne quod est niveum non imitatur ebur
Auri nobilitas luteam si vestiat ollam
Non ideo sequitur hanc magis esse lutum
Sic et susannam si fame candor manet
Non ideo sequitur hanc magis esse ream
Nobis emicuit quod mecha sit et quod iniqua
Sumunt mecha virum sumunt iniqua deum
Virtuti vinum sinceris turpia legi
Illecebras fidei pretulit illa dolum
Nos vult summe res hic opus hic scelus illud

Res deformis opus flebile triste scelus
Iunius enim nostri est heres evellere plantas
Ne pariat fructus arbor iniqua malos
Prava quidem cito fructificat et fertilis arbor
Tardius virtuti crescere semper habet
Lex ergo posuit et res ut in arbore primus
Radicem vindex nostra securis eat
Sed donec vobis declarescat causa priorem
Pene processit ultra nostra moram
Ergo revolvetur res ordine ducta rota quam
Lingue sicut mentis habena reget
Cum sol estivum libraret tempus et urbis
Librasset causas nostra statera diem
Surgimus egredimur ioachim nos excepit ortus
Floridus ut recreat tedia nostra locus
Sic blanditur locus arridet que labori
Ridentem faciunt quatuor ista locum
Hic sunt arbor herba et fons et avis viret arbor
Vernat herba garrit fons citarizat avis
Arbor fronde viret pubescit gramine tellus
Murmure fons garrit gutture ludit avis
Sedibus hic igitur fallendo sub arbore solem
Ut iuvenescat ibi nostra senecta parum
Dum quod loci nostri metitur luminis circuit
Sors in susannam luxuria nostra tulit
Pulsavit portam patuit pulsata pateret
Intrat et creditur ad sua vota virum
Et quales optat lasciva libido latentem
Dilecto tales obtulit illa genas
Iurat enim fucata dolis districta capillis
Picta genis pedibus nuda venusta comis
Excludens famulas sine teste fuit quod nemo
Delinquens oculos testis habere cupit
Turpem prodebat hinc quesitum amorem
Deformis quod note testis et obscenus erat
Signis sine notis et si non voce reatu
Impure mentis hec potuere loqui
Frons stellata rosis picte lasciva zone
Colla torque nitens auris in aure micas
Pes levis et rugis vestis crispata superbe
Et coma dedignans vincula nigra pati

Cur sic ut placuit magis ut magis urat amantem
Plus igitur placuit plus simul arsit amans
Arsit et accessit ob ora brachia collum
Supposuit. pudor est ordine cuncta loqui
Curri[?] huc fugiunt alter foras evolat hic et
Altera. hic lemor pistor illa fuit
Assurgens prima stupet. loquitur rubet prima manum
Illa dolet causam querimus ista tacet
Nos quasi subsannans oculo susanna superbo
Quesitum surda preterit aure scelus
Indicat illatum vel fronte vel ore reatum
Frons rubet. ecce pudor. os silet ecce favor
Elucet que sit susanna nec esse sepultum
Protulit hoc cinerem indicium ira dei
Nec fallit sermo vulgari tritus in ore
Donec fractura sentiat olla natat
Que nesciret adhuc frangi si sana fuisset
Nec rimosa fides huic in amore viri
Si non eius amor in sponso naufragus esset
Vel si nupsisset moribus illa viro
Sed multum distant sibi vir probus uxor iniqua
Vir fidus sponse sponsa dolosa viro
Sponse culpa tamen ioachim non torqueat ex hac
Ecce nichil labis contrahit ille sibi
Non ideo reus est si vir suus est quia damni
Nil oleum patitur si sociatur aque
Causa relata patet nec testibus indiget ergo
Torqueat et timeat ulcio digna reatum
Hec postquam dixere senes furit excita plebs
Fit fragor et clamor. atque tumultus ibi
Omnis susannam damnat rea mortis habetur
Ducitur et populi supplicianda manu De da-
niele qui revocavit populum ad iudicium sacerdotum
o currit daniel cui sensum suscitat intus
Aspirans dominus sic quia prestatur eis
Omnis theatrum turbo turbavit quis sonus urbem
Impulit hic fragor intonat hic dolor
Ite redite. reos astringite. solvite mistam
Hos sua culpa ligat hanc sua causa iuvat
Pondere non equo susanne causa pependit
Nec timuit mendax esse statera senum

Danielis

Canicies etiam metuit nomen et albam
Non semper retinet alba senecta fidem
Albi temporibus nigri sunt moribus equat
Ipa cana minez corda dolosa picem
Inde patet ipsis nasci moribus etas
Nec stupet in senio non sensisse senectus
Hos gradus insignit sed vita premit ut honori
Summo respondet infima vita senum
Ambo presbiteri sed non prebent iter ulli
Ambo iudei sed sine lege dei
Cum que regunt alios tum a dulcedine morum
Neminem remanet tantum honoris apex
Ore docent sed quid cum lingue vita repugnet
Nec redimunt mores aurea lingua malos
Vitis frondescit sed non est fructus in actu
Ore pluunt aliis sunt sine rore sibi
Talis uterque docet nocet hinc pungit obesse
Plus prodesse minus nostis utrumque tamen
Cum doceant alios se non hortantur ad instar
Candele spargunt ad sua damna iubar
Perficiat hec aliis soli deficiat iste
Perficiunt aliis deficiunt que sibi
Vis tibi depingi breviter premissa sequuntur
Utres seu ventres dolia sine dolis
Curant non aras sed haras non vasa sed era
Non equum sed equum non inopes sed opes
Heut seu hamis seu minis sine veneris
Querunt vana colunt prima venena vomunt
Libras non libros relegunt patet que movet
Non monet pro non prece quas minat
Non alia ructare sed allia norunt
Plus in salmone quam salemone legunt
Talibus ergo fides indulgat vera favorem
Non quia fallaces non meruere fidem
Effugiunt que viris suderunt auribus iste
Non est credo rei que docuere rei
Sed nil intexet mea vox de stamine falsi
Rem que sapiat breviter et sine nube doli
÷ Hinc amor furor in senibus invenisse fecit
÷ Corda senum nec eos desiit esse senes
÷ Uiciere genis oculis totis que medullis

Votorum furiis incaluere senes
Viderunt nil ebur colli vel lilia frontis
Dentium favum labii vermiculumque gene
Ergo pati nequeunt mora quam nec rationis
Iura nec etatem consuluere suam
Tunc ex consulto venere latentes in orto
Intrarunt et se non habuere palam
Donec ad audiendum mens concepta facultas
Et rebus et temporibus et locis esset eis
Venit more suo rivo Susanna lavari
Nullos ipsa loco credidit esse dolos
Invenere manus stupro voluere potiri
Sed non assensum prebuit ipsa malo
Nunc ideo ream simulant et prodere querunt
Tam se neglectos nil potuisse dolent
Insontem sontes conantur perdere verum
Pena retorquenda est in caput ipsa suum
Ut meruerunt luant nec enim lex equior ulla
Quam fraudatores fraude perire sua
Ut mea vox sceleri sit digna fide locus istos
Separet et varios iudicet acta senum
Vendicat ex ore suo crimina perquam
Hec absoluatur pena sequatur eos
Affuerat Daniel assentit turba reditur
Iudicio statuit separat ille senes
Dimissis semper iterum sibi sistitur unus
Tunc semel ut Daniel arripit inquit ei
Dic immunde senex dic que fuit arbor adon
Conscia sub foliis ausa videre nefas
Vix inventa sibi visio flebilis umbram
Scini nititur dicens esse ream
Alter ad auditum cuius non iste volavit
Prinos loquatur ait estimo crimus erat
Tunc plus convincit lingue discordia testes
Nec siles reddunt utraque corda senes
Ergo nulla tulit iusti discrimina sanguinis
Plebs stupet et gaudet illa soluta redit
Restat ut in proprios auctores pena recurrat
Vapulet et virgis doctor uterque simul
Perpetrat hec titulus ergo dicere perpetrat illos

Hec meruit titulos hii meruere necem

Sequitur allegoria de Susanna

Quod prius historice iocunda canebat notavi
Ad tipicum sensum pagina reddat idem
Est Ioachim fortis sub mundi turbine constans
Invigilans que fide sinceroque dei
Istius est uxor Susanna pudica decora
Per quam signatur clara sophia sonet
Nam domini et celo sapiencia pcla iugato
Mentis legitime in re gubernat opus
Vite candorem fame que ministrat odorem
Hec duo vir sapiens det luce sol
Ast indeficiens dilectio que generavit
Susannam semper alma sophia fuit
Scripturarum pratum Ioachim pomeria signat
Que nova dat poma dat que vetusta simul
Hic delectatur sapiens dum sol magis ardet
Nam calor internus est geminatus amor
Una puellarum vitam notat altera dogma
Lucere doctrine vita serena docet
Una dat unguentum quod opus designat olivum
Altera quod lucens dogma notare potest
Hic amor et timor indigna super seniores
Que mundum vexant terrene tanta mala
Egressis igitur orto virdente puellis
Susannam celeres impetere senes
Nam si vita decens doctrina que sana reliquit
Nos mundanus amor impetit atque timor
Isti sic stratam mentem corrumpere querunt
Ut mundum sapiat non pia iussa dei
Septum que sacre tunc hostia clausa videtur
Cum deest auditor deest quoque doctor alens
Prefatis semper sapiens Susanna repugnat
Immundum mundum vera sophia fugit
Iudicio sancti Danielis sunt lapidati
Quos mundanus amor reprobat atque timor
Designat Christum Daniel cum spernere mundum
Precipit et totum quod quis in orbe manet
Ecclesiam designat adhuc Susanna fidelem
Quam tormenta nova vult sinagoga dare

Liberat etiam xpus daniel qz susannam
Prevalet hec ut ea vicerat una reos
Sequitur hystoria belis
Cum floreret adhuc daniel etate virenti
Consuluit hunc rex multas babilonis opes
In regis mensa potior inter regis amicos
Efficitur plures plures emerat istud ei
Cheute senex etate virens sine fraude fidelis
Primus carne fuit inter amicos qz demum
Regno nomine bel simulacrum stabat in illo
Istud adorabat rex pluries qz suus
Cura sacerdotum vigil unaquaque dierum
Impendebat ei rege iubente suo
Bis sex artabeas simile decies qz bidentes
Quatuor et vasa sex spaciosa meri
Rex ait o daniel quare non istud adoras
Numen tam fortem magnificum qz deum
Respondit colo factorem qui singula fecit
Cum deus est vivens secula cuncta reges
Rex ait esse deus vivens bel iste probatur
Cum tot oves comedit pocula tanta bibit
Risit daniel foris est hic eneus intus
Est luteus numquam suscipit ore cibum
Ergo sacerdotes rex turbatus vocat omnes
In lucem illorum voce minante necem
Ni michi declaret responsio vera quis istas
Expensas comedat mors erit ulta nefas
At si monstretur michi quod devoret escas
Blasphemus daniel corruet ense meo
Parto quia deum fuerant qui sacra parabat
Exceptis pueris quinquaginta qz suis
Inde petunt templum rex appam imbz escas
Cuncta sacerdotes rege iubente parat
Istis egressis de templo per loca templi
Singula cribratur rege vidente cinis
Hostia claudit et regis anulo illa
Signat ne regem causa latere queat
Nocte sacerdotes solito de more latenter
Intrat cum pueris singula vescere vorant
Nam qz sacerdotum deceptrix sua latentes
Efferat introitum terra tegebat eos

Rex surgit surgente die daniel quoque vadit
Ad templum properat signa que salva videt
Hostia rex pandit mensasque vacuasque videt ergo
Exclamat bonus est bel deus absque dolo
Stare facit regem daniel vestigia monstrat
Ficta patet torquet regia corda furor
Ergo sacerdotes rapit hostia falsa reperit
Monstrat secretas turba dolosa vias
Hos omnes perimit rex in quoque manibus danielis
Bel dedit hic templum diruit ara ruit

De dracone quem daniel interfecit

Sub tellure lates draco parte iacebit in illa
Ignes saepe vomens pre raro volens
Viventem plebs esse deum babilonia credens
Thure sacris precibusque prona colebat eum
Ipsum commendans rex intulit hec danieli
Hunc deus hic vivat nemo negare potest
Cui daniel mihi rex tua sit concessa potestas
Ut faciam citius hunc sine fuste mori
Ille potestatem dedit huic quod vellet agendi
Accipit hic adipem cum pice cumque pilis
Hec coxit massas confecit in ora draconis
Proiecit recepit ille peremptus obit
Ira monet pre ceteris regi quoque loquitur
In iras detur pessimus ille magus
Cum bel destruxit struxit templa draconem
Occidit nobis dominum ubique fuit
Assensum nobis si non tua prebeat auris
Igni tradémus te quoque domumque tuam
Rex audita pavens danielem tradidit illis
In quoque leonum mittitur ille lacum
Septem non escas solitas habuere leones
Ut citius perdant ora ferina virum
Et miserata sui fuerat domina prophetam
Gratia namque fere nil feritatis habet
Ieiunat daniel nullas ibi suscipit escas
Nec fuit esca feris quem timuere fere
Stans pani hic abacuc pulmentum ferre parabat
Illis qui segetes falce secante metunt
Angelus inquit ei fer pulmentum danieli

Que gentes affligit in babilonia fauces
Iudeos ait hic ignoro lacum babilonem
Nescio prefatum nescio quibus sit homo
Et de iudea tulit illum crine capilli
Angelus et locat hunc in babilonis humo
Exclamans abacuk ait o daniel tibi honor
Que deus misit prandia tolle tibi
Vescitur ille cibo grates referendo locoque
Redditus est abacuk quo stetit ille prius
Septima lux advenit ut rex fleret danielem
Venit et invenit nil nocuisse feras
De quo lacu tulit hunc laudando deum danielis
Clamans quod similis non sit in orbe deus
In quo lacu mitti iubet omnes ante leones
Illos qui tanti causa fuere mali
Quos in momento rapit et vorat ira leonum
Cessant quod malum cum periere mali
Explicit liber danielis Incipit liber machabeorum
Magnus alexander quo summi gratia regis
Effloruit de terris multa trophea tulit
Hic mundi peragrans fines sibi subiugat orbem
Tota quod terra iacet viribus eius erat
Porro de poro mira virtute triumphat
Cogit et e darii gente tributa dari
Annis bis senis bis senas extruit
Quas insignit nominis eius honore urbes
Demum deceptus virus cadit antipatri quod
Illius actorem proditionis habent
Nutritos secum principes moriens vocat illis
Dividit et tradit regna subacta sibi
Bis senis dnanis annis vir morti obedit
Cumque vivit adhuc nescia fama mori
Inde datur tumulo cum sit prescribitur illud
Hunc brevis olla capit cui brevis orbis erat
Magnus alexander orbem super ac laborans
Est sathanas victus bella nephanda parans
Pessimus antiochus nat. antixpe futurus
Hic quod demoniis plenus in orbe fuerit est
Tu genus hunc in principes tu ira beata
Frangere inimicus et deus esse volens

Cu q; mathatias natorum robore cinctus
Est homo qui sensus sub racione regit
Post eius mortem iuvenes quibus ille reliquit
Jus regni nec se nec bene regna regit
Filius anthiochi nascens procedit ad ortum
Radix peccati principium ad omne scelus
Regni grecorum centenus septimus annus
Venerat hic demens ad diadema rapit
Hic subit egyptum succinctus milite multo
Et diadema duplex vendicat esse sibi
Cuius ad ingressum rex egypti tremit eiusque
Jemini sepelit cepit init que fugam
Hostibus exclusis sic imperat ille duobus
Regnis cum spoliis multa trophea refert
Post hoc jerusalem petit intrat nobile templum
Omnia qui minuit aurea vasa tulit
Absconsas predatur opes totumque quod ara
Lumina pascebat tollit et inde rapit
Post que duos annos in jerusalem vir ab illo
Mittitur ut rogat inde tributa dari
Cum mel in ore gerens sed habens in corde venenum
Pacis habet verum mente rotando malum
Frangit vires multas accinctus conterit urbe
Ense necat dominos concremat igne domos
Turribus edificant firmis urbem david eciam
Arma viros fortes hoc posuere loco
Scripsit et anthiochus mandavit omnibus adderet
Idola thurificet sabbata nulla colat
Tum spernens altare dei super hoc simulacri
Mox stabiam statuit ut sacra deum ei
Et variis mandavit aris loca multa suillas
Offerri carnes et nova thura iubet
Si quis contemnat regis mandata cruore
Purpuret et feriet regia tela suo
Fit novus ergo dolor fit planctus luctus inundat
Deviat a cultu legis hebrea tribus
Multi thurificant verum regale verentes
Plebs que reluctatur multa parata mori

De matathia et filiis eius

Unique potens natis illo surgens matathias

Ipse cum pueris sedit in urbe modin
Cum ionatha simeon eleaser cum que iohanne
Iudas cognomine cum machabeus erat
Plures eius erat pater hos alios que monebat
Ut legem teneant et sacra iussa dei
Vallatus que suis patrios sine laude remittit
Regis legatos consolidat que suos
Ira dei quidam iudeus spernit et aris
Thurificat iussu regis in urbe modin
Ista videns necat hunc matathias que super aram
Trucidat cum famulo regis ait que suis
Post me qui zelum legis tenet exeat ergo
Ipse perit hinc sequitur turba tacenda scelus
Montes ascendunt latitat ibi quos neque regis
Iussio deterret nec sinat esse reos
Res patet hec regi iubet ut cum sabbata legis
Seruant iudei bella parantur eis
Ex his ergo viri quasi mille cadunt matathias
Plangit eos donec pars animosa coit
Cum neque simplicitas neque sabbata sancta refrenat
Si pugnas hostes tenet eos que terit
Percutit sternunt hac re nescio que decorem
Arte respirat sabbata sancta pati
Post hec temporis adest ut mors rapiat matathiam
Tollitur e mundo plangit hebreus eum
Post patris occasum iudas machabeus hostes
Extinguit gentes conterit arma patral-
Fratribus et sociis et cognatis et amicis
Fultus et admixtus utitur in hoste facit
Turbas hostiles turbas medios que per hostes
Irrumpens ruunt more leonis iter // auris
Sternit apollonium cuius gladium latus ornat
Pugnat in hunc ferit hunc et feriendo finit
Hoc perit eius seroth rex et plures suis //
Antiochus rumor volucat iste gravius
Iratus que petit persas ut congreget aurum
Lisie credens res que locum que suum
Ipsi precipiens ut misso milite cunctos
Conterat hebreos urbique eius fame
Ergo gorgias ptolomeus nicanor ab illo
Constituuntur pugnat nil ea pugna valet
Obstat eis iudas omnes eliminat hostes

Hos premit hos punit hos necat hos que ferat
Sobrius in gestis semper fuit iste sed hostis
Sanguine sepe suus ebrius ensis erat
Ffratribus adiunctis timothei castra removit
Hostiles iaciens tela cruore globi
Et gens polluerat altare dei novat istud
Dedicat et templum ditat honore novo
Panes et mensam candelabra vasa lucernas
Psallentes ad modulos ipse reponit ibi
Aureolis templum fuerat hoc rude coronis
Quod que diu siluit iam iuvenescat opus
Saucius egrotat isto rumore malorum
Conscius anthiochus rex autem que vomit
Cum moriens nimio pressus fetore philippum
Sead intritum iussit adesse sibi
Huic a rege datur pro nato purpura fulgens
Annulus aurideus et diadema micans
Ut ferat anthiocho nato que prebeat illi
Ipsum regalis ornet honoret thronus
Et misera regis audita morte lisias
Hunc qui intitulat regis honore beat
Tunc iudas superatus ad prelium volat arce
Ut debellet eos quos habet illa viros
Milia centena peditum rex motus adunat
Colligit ac equitum milia quinque quater
Addit atque iubet ter denos tres elefantes
Et monstrantur eis morum et uva rubens
Argentos equites validos pede mille regentes
Astantes que sibi bestia quaque videt
De lignis turres intexte desuper extant
Turris et una decem fert quater octo viros
Intus erat ductor astans cuivis elefanti
Cum doceat quidam esse necesse videt
Dividitur regis exercitus altera montes
Pars tenet altera pars infima vallis hu
Sol micat in clipeis sol luce reverberat auro
Aureus et splendor montibus inde datur
Concurrit iudas sescentis abiunt hostes
Vagenam sicam numero subiit negat
Precedens alios elefas supereminet unus

In cuius regem turre manere putat
Ac inde frater eleazarus heret in illud
Intuitu volat huic laudis amore calens
Hunc premens ac in premens ferens que ferens que
Per medios hostes preparat ense viam
Et se supponens elefantem perfodit illud
Diruit ut victor victus et ipse ruit
Iste vir exprimit hunc qui carnea vota refrenans
Peccatum superat quem hic in timet
Nec veluti victor hic dicatur et qui victus
Cum malum superans mente superbit homo
Mox iudas redit a bello rex instat et astat
Bethsuram que capit Jerusalem que petit
Diris tormentis fabricatur machina pugnat
Exterius gladius pugnat in urbe fames
Temporis hoc spacio rediens a perside gerens
Regna tractare iura philippus adest
Saviens audito tali rumore lisias
Regem cum iuda federis inire facit
Facta pace redit rex armis obsidet urbem
Hinc dicens antiochi nomine nomine hec
In qua disponens regalia iura philippus
Vincit hac regis prevalet ira loco
Tunc a romana demetrius urbe seleuci
Filius exit abit per loca iuncta mari
Patruus antiochus epifanes fecerat illud
Exceptum regnum dum puer esset abluit
Excusans patruus puer iste fit incola rome
Audita patrui morte redire studet
Et redit et regnat exercitus ipse lisiam
Antiochum que necat possidet ille thronum
Alchimus ex aaron descendens ipse sacerdos
Esse parans multos inicit amore sibi
Hic iudam multum accusans regis in aurem
Predonem regni nititur esse suum
Mittitur hec igitur ad bachidem deinde nicanor
Cum bellis repetiat hostica colla suis
Post inde gladius rescinditans fecit in hostes
Et fracto victus ense nicanor obit
Ense metit dextram linguam que nicanoris hostes
Dextera dat funi lingua fit esca cani

Alchimus hoc spacio veniens cum Bachide pugnat
Ut Iudam perimat milia multa trahunt
Pugnat impugnat expugnat acriter hostem
Arma premunt inde martis et artis ope
Iudas turbatam turbat turbine victam
Corruit est passus proh dolor ille dolos
Ille vir occubuit qui turris qui leo qui lux
Qui flos qui gemma quique columna fuit
Turris decidit leo perdit robur hebet lux
Flos marcet pallet gemma columna ruit
Occisum redimunt Simeon Ionathas que redempti
Cum planctu tumulant corpus in urbe Modin
Porro loco fratris Ionathas cum Bachide pugnat
Ille Iudeos sternit hic fugat ille fugit
Illuc fugiens munitas extruit urbes
Custodes ponit inde redire parat
Alchimus in domini sancta dum destruit ipse
Destruitur morbi vulnere pressus obit
Post Ionathas pacem firmat cum Bachide mucro
Dormit terror quieta terra silet
Dictus Alexander penetrat Ptolomaida natus
Antiochi regis nomen adeptus erat
Cum Ionatha federa iniit Demetrius eius
Ense cadit belli gloria cessit ei
Victor ad Egipti regem transmittit ut eius
Filia nubat ei quod petit ille dedit
Nubit Alexandro Cleopatra regia rident
Fercula vina fluunt organa plectra canunt
Affuit hic Ionathas quem regis purpura vestit
Quem varia dignum laude referre studet
Dum venit a Creta rediens Demetrius alter
Post prius occasum tertius annus erat
Affulgerat hic ad avos patrios pre perempto
Assiriam sumptis viribus inde redit
Iussus Apollonius dux nuper factus ab illo
Ad bellum Ionatham monet at ille fugit
Intrat templa Dagon ut se tueatur ad ignem
Apponit Ionathas templa viros que cremat
Quem cecidere foris et qui periere cremati
Ter quater et tot adhuc mille fuere viri
Gaudet Alexander variis hunc rebus honorat

Approbat hoc auri fibula missa viro
Porro studens scelere rex egipti sceler' eius
Ceperit alexandri regna tenere dolo mixt-
Cum peragens multas sibi subdidit urbes
Natam prius huic dederat coniuge privat eum
Cuique agente dolo demetrius hac sibi iunxit
Cedit alexander rex arabes que petit
Illud traxit ad maternum sanguinis ortum
Filius anthiochi matri inhesit ei
Rex arabum metuens ne rex egipti cum ipso
Turbet alexandro demetit ense caput
Rex moritur egipti sic turbat gaudia prius
Victor tercius hunc tollit ab orbe dies
In solia prius regnat demetriusque ille
Demetit ense reos regna paterna regens
Notus alexandro triphon arabes petit inde
Anthiochum revocat prius ad arva sua
Imperat hic miles cedit demetrius illi
Anthiocho fauet urbs anthiocena modo
Cum ionata fedus facit et cum simone fratre
Ipsius terrarum quem facit esse ducem
Anthiochum triphon hic tunc perdere temptat
Ut se regalis ditet honore throni
Sed ionatas metuens prius insidias pater illi
Hunc ligat apponens vincula suos que necat
Plebs sua planxit cum credens hunc esse peremptum
Simon dux fratris incipit esse loco
Accelerans que studet simon attollere muros
Israel sumptus artifices que parat
Ut redimat ionatham triphon notus facit illi
Dicens quod ionathas debitor eius erat
Conscius ille doli nec credulus est
Ne plebs culpet eum quod petit concedit
Argentum pueros que duos transmittit ad illum
Sed necat hic pueros perfudit ense virum
In terram redit in suam simon que cadauer
Fratris cum planctu condit in urbe modin
Septem piramides statuit matris que patris que
Sunt binis fratrum quatuor una sui
Erigit insignes dux illic arte columpnas
Sculptus que nominis unice cogit eas

Armorum species sit sculpta refulgeat illic
Ut cedes hominum tela scire putes
Sic etiam naues artifex ibi sculpsit ut illas
Credas per medium velle volare fretum
Hoc spacio triphon occulta fraude peremit
Anthiochum regnum suscipit ille iniqui
Tunc ineunt fedus Simon demetrius/ iras
Abiurat/ dextras dant animos que ligant
Ad gazam veniens dux belliger/ idola tollit
Aras polluit/ miles obedit ei
Arcem Simo intrat ramis sua palma refulget
Palmarum nobili plebis ab ore volant
Iste videns quod vi quam polleat ense iohannes
Quem genuit/ gaze precipit esse ducem
Contra triphonem tunc rex demetrius ibat
Sed male respondit gloria laudis ei
Nam xerxes viuum persarum rex capit illud
Marte vel arte virum/ sed sine morte tamen
Terra quieta silet sub Simone/ vulgus hebreum
Non timet gladius quod regit illa manus
Sub ficu sub vite sua sub fronde sub umbra
Cuiusque manet tutus Simonis ense ducis
Ex auro clipeum minarum mille/ minarum
Septem/ romam dirigit absque minus
Hic clipeus velut orator vel fibula pacis
Federis amplexu iunxit utrosque sibi
Anthiochus que progenuit demetrius/ isto
In terram patrum tempore fecit iter
Rem faciens fedum ad Simonem plurima spondet
Plurima transmittens federis annuere ei
Respuitur hoc fedus/ nam gloria Simonis illi
Parturit inuidiam que sibi visa fuit
Natos quos genuit Simon vocat/ in iohannem
Iudam inde que quos facit esse duces
Bella mouet cum cendebeo fugit ille iohannem
Milia bina cadunt frater vterque redit
Dux iericho natus ab obi ptolomeus et auro
Muneribus et argento cepit inire dolos
Symonem ut natos perimat cum patre laborat
Ut soluat regio tota tributa sibi

Iquarq fraude cu iuda cu matathia
Symon in Jericho forte pegit iter
Nectare ridentes ptolomeus eis pat escas
Yma parando foris. intete venena parans
Hic mensaz varius diu potus inebriat. ille
Ebria instorum sanguine tela facit
Tres cadet viri. simo iudas matathias
Excepto alijs qui sociantur eis
Dirigit in gazam innitos ense. Iohannem
Vt perimat. plures pestifer ille viros
Indicat hoc factum pcurres fama iohanni
Qnimit plus pestiferos qz necat
Qui pre defectu titulorum laude coruscus
Summi pontificis cepit honore frui
Symone quod det morti soluete Iohes
Qui fuit hircanus mra paterna subit
Qui fuit occisor pris. fregit timotheu
Qui ptolomeus erat nomen utrumqz gerens
Iste duos fres vinctos cu matre tenebat
Quos gladiis morti tradidit init qz fugam
Antiochus syrie rex plus petit. illam
Obsidet hircanus regia bella timet
Ex octo loculis qui constant david urna
Ergo duos aperit milia talenta rapit
Inde talentorum tollit tria milia regi
Vt sua compescat arma trecenta dedit
De reliquis inopum mox xenodochia primus
Instituit, populi minuit et ora pt pmens
Ters bis dispones in ter denis tbq annis
Claruit, insignis laude beatus obit
Quiqz virorum pueris natura dedit et horum
Maior aristobolus dat diadema sibi
Restituit regnum iudee quod sedechie
Tpe. diruerat cinereus hebree tuum
Ter denis septem quadrigentos qz p annos
Et quinos. regum rupta corona fuit
Sic nec aristobolus insi solo regit in anno
Qui matrem fecit vincla necat qz patr
Frater alexander post hunc inb regi adeptus
Dixit alexandrum nore teste parem

Sic tandiu erat qui in annis sex seniorum
Ac preter decies milia quinque necat
Octo viros decies suspendit qui scelus eius
Ferre non poterant nec voluere pati
Iste duos post se pueros moriendo reliquit
Hic erat hircanus alter aristobolus
Hircanus maior fuit ortu sed iunior alter
Post patrem regni cepit honore frui
Hircanum torquet amissi gloria regni
Debebatur enim iure corona sibi
Vir probus antipater idumee consulit illi
Vir sensu prudens vir bonitate nitens
Consulit hoc ut eat arabum regem petat illi
Causam declaret auxilium que roget
Ad regem properat proditur cognita regi
Causa fit hircani suscipit ille preces
Milite collecto rex solimam petit illam
Obsidet ut clausos conterat arma movet
Sed scaurus missis ab aristobolo sibi donis
Corruptus regis arma quieta facit
Porro pompeio romanis imperante damascum
Consulit hircanus antipater que simul [illegible]
Cum proceres donis illius pectora mulcet
Reddat ut hircano debita sceptra sibi
Pompeius motus prece solimam petit illi
Respondet aristobolus quas male solvit opes
Ira viri torquet et aristobolum tenet illum
Comprimat et vinclis cogit amara pati
Muros ingreditur templum subit obstupet
Nobile cernit opus sed nichil inde tulit
Hircanus presul ubi declaratur ab illo
Cogit ab hebreis ille tributa dari
Vinctus aristobolus nati que duo capiuntur
Maior alexander anthigonus que minor
Istos pompeius properabat ducere romam
Scaurum iudee iura tenere iubens
Scauro succedens siriam gabinius intrat
Anthonius sub eo militat arma gerens
Vindicet hebreos in partes quisque suplice

Iudee frangens hac racione nequid
Obsequiis sensu probitate meretur amore
Illius antipater anthonii quoque simul
Claruit hic tanta titulorum laude quod uxor
Iungitur insignis nomine ab cipris ei
Hec arabum regis neptis natos parit illi
Quatuor et natam nomine quoque nota
Phazelus primus puer herodes quoque secundus
Tercius est iozephus ultimus est ferorath
Post hec hircanum tabinius ornat honore
Summi pontificis quod facit esse ratum
Post cuius mortem siriam crassus tenet aurum
Templi cor habet crassus tollit ab ede sacra
Subtrahit e templo bis mille talenta quod aufert
Omnes et sitiens hoc moriendo bibit
Post preses sirie succedit cassius obses
Antipatri monitis consiliis quoque suis
Hoc apud emathios pompeius tempore victus
Ad subit egiptum ubi tunc plexus obiit
Facta pompei nece mitridatem ptolomeum
Antipater cesar arma mouere iubet
Hos ut pelusium capiat sibi mille virorum
Agmine munitos fortiter ut facit
Illic antipatri virtus laus gloria sensus
Emicuit multa laude decore nimio
Menphitas reddit prius sub cesare primus
Murum transcendit prelia mira gerit
Pluribus occisis confossus corpore toto
Preter spem omnes victor in hoste fuit
Anthonius marcus et mitridates ut in aure
Cesaris effundunt facta decus quoque viri
Factum ad hoc hylaris ut modo dicatum
Veniret tunc cesar honorat eum
Pontificis hircano regum gessit honorem
Sic tamen ut regis nomine preter eum
Cognatam quoque suam sirie prefecit honori
Sceptro preclarum stirpis honore sue
Phazelum vocat antipater sub se ducem
Alium facit hunc optima queque docens
Preficit herodem galilee qui bis recte

Fortis egregie se sapienter agit
Hic ezechie collum metit eius et nigrum
Latronum gladians ad legione sua
Hic tanta terram galilearum pace beavit
Ut titulos eius patria tota canat
Cesar obit cuius post mortem tres oriuntur
Soles distincti qui rediere simul // venenis
Nonnaque nobis hec solaris visio trinum
Solius est dei iam venientis ihesu
Sic bos agricole loquitur plus copia plebis
Ad pius decrit frumenti seges orta solo
Malichus aspirans ad pontificis decus artes
Exercet ut hircanum privet honore suo
Ergo venena parat ut per famulum pius illa
Porrigat antipatro corruit ille bibens
Vindicat ultor in hunc mox mortis venena
Herodes mortem morte dolum que dolo
Gignit hic antipatrum de doside de mariagna
Gignit alexandrum gignit aristobolum
Stirpe sua dosis ignobilis est mariagna
Nobilis hircani neptis amena genis
Cuius amore calens tactus que cupidinis arcu
Se circumcidit proselitus que fuit
Post illos archelaum genuisse refertur
Coniuge de mathata que samaritis erat
Philippum post herodem cleopatra natos
Illius parit huic tempore quisque suo
Post hec puppe nova fracta fractu reparata
Herodes romam per maris alta petit
Cum fama celebris merito probitatis amorem
Augusti meruit anthonii que simul
Illi iudee gessit utraque coronam
Ipsa senatorum gratia favit ei
Rex factus redijt solo vehementius que daturi
In regno cepti mira sequitur eum
Nam manus anthigoni corrupit corda silo
Munere ne regni gloria detur ei
Anthonius perijt aliquod post temporibus athenas
Venerat iam cleopatre leserat intus amor

Herodes perterritus de fraude silonis et aurem
Anthonii querit garrit ira virum
Ergo vocat sosium iubet ut cum milite multo
Prelia tendat antigonum quod premat
Contererat anthigoni vires in culmine regni
Collocet herodem paruit ille duci
Prelia cingit capit anthigonum ligat offert
Anthonio ferro que ferit ille ferro
Post rome diadema datum qui fuit augustus
Tunc caput herodis ad diadema capit
Sic est fracta david regnum translatum regnum
Transit ad extremum te veniente ihesu
Porro duos pueros quibus cederat mariagma
Rex romam misit ut documenta bibant
Illic augusti fit amasius unus eorum
Dictus alexander hic et alexus erat
Alter aristobolus tibi miceitas in decorem
Magna libido fuit deliciis quam tue
Inmunda studiis intra quam palacia notus
Non modicum rome tempus uterque fuit
Antipater remanet ad dosidem matre priusquam
Obsequiis prius regia missa sequens
Post studium pueri redeunt quorum fuit unus
Mirificus eloquiis florida verba sonans
Quos tenens regno pater aspirante repellit
Heret in antipatrum totum amore pater
Ut sibi succedat in regni culmine scriptis
Roborat et post se firmat honoribus omnibus
Expulsi fratres romam petiere querelam
De patre facturi cesar in aure tua
Explicit liber machabeorum Incipit prologus in auroram petri de riga in novum testamentum
Post legem veterem respirat petrus refulget
Lex nova fac virtus de novitate novos
Non opus est facere si dives sufficiat
Plus preciosa valet res preciosa minus
Lex evangelii sit tunctus carminis exhar
Materia textam carmen opibus quem meum
Quatuor intueor paradisi flumina christi
Quadrigam video quatuor ire rotis

Prologus novi testamenti

Que iugum que ve rote referant que frena quibus
Quibus vir · quibus vitulus · quibus leo quibus sit avis
Utraque lex axis · frenum discrecio · xpus axis
Est auriga iugum sunt tua iussa deus
Corpus divisa rotas trahit ut rota prima secunda
Festinat currit tercia quarta volat
Matheum signat vir · bos lucam · leo marcum
Ales discipulum qui sine labe fuit
Matheo species humana datur quia scripto
Indicat et titulo quod deus egit homo
Lucam designat bos victima qui specialem
Materiam sumpsit de cruce xpe tua
Marcum declarat leo qui describit aperte
Qua surrexit vi tua xpe caro
Discipulum signat species aquilina pudicum
Qui super astra volat celica vera sonans
Hebream redolet mathei pagina linguam
In greco reliqui tres studuere loqui
Pagina mathei lac luce littera sanguis
Marci scripta merum mella iohannis opus
Consule scripturas hic ferreus eneus ille
Hic argenteus est aureus iste salus
Ille velut terram sapit · ille sapit quasi mirra
Hic quasi flos redolet · hic ut aroma viget
Cristum nascentem docet hic alius morientem
Ille quasi exurget · iste quasi astra petit
Ad xpm possunt simul hec predicta referri
Ad que mea pector penna volare queat
Cristus homo xpc vitulus xpc leo xpus
Est avis in xpo cuncta notare potes
Est homo dum vivit · bos dum moritur · leo quando
Carne resurgit · avis cum superna petit
Pertinet ad iustos eadem descripcio mores
Quatuor hec misticus quilibet esse potest
Est racione vigens homo bos carnalia mactans
Est leo prava domans est avis alta sapiens
Est cetus gregis quo salvator adornat
Et lustrat medium quatuor ista thronum
Fortis rebus homo invictus bos dicatur
Rex leo rex aquila quatuor ista nota
Rex volucrum aquila rex bos iumenta ferarum

Rex leo celsior hec rex hoc cuncta preit
In statione sua regi sermone supremo
Atque subice simul quatuor ista notat
His ita libatis retro se mea penna reflectat
Curat ut historie litteram more suo

Explicit prologus Incipit novum testamentum Fuit in diebus herodis regis sacerdos nomine zacharias

laruit herode mox regis agente sacerdos
Cui zacharie nomine clarus erat
Nobilis huic nupsit ex aaron coniuge
Elizabeth sterilis hec fuit iamque senex
Nobilitas morum genus ornat nobile clare
Stirpi ridet actio clara bonum genus
Ad pia vota prius vir supplex uxor egenis
Larga sed ad partum penitus uterque erat
Ut zacharias incensum ponet ut redet
Cum prece templa sue postulat ordo vicis
Angelus orantis gabriel apparet et inquit
Vox tua clamorem fecit in aure dei
Elizabeth puerum pariet tibi cuius in ortu
Gaudia multis aget et dolor exul erit
Huic cum lux veniet certa iohannis honora
Nomine divinum vox habet ista genus
Dona sacri flatus in materna bibet alvo
Sed non vina bibet vel quod obesse potest
Reddidit ista senex gabrieli me latet istud
Qua racione sequi rebus tua verba queant
Hoc etas prohibet mea coniugis alvus abhorret
Fructus de sterili nescit surgere humo
Intulit ista sermo gabriel quia mens tua mutat
Verba meis vobis credere muttus eris donec
Nec solui poterunt tibi lingue vincla
Impleri videas tempore cuncta suo
His dictis redyt celestis nuncius eius
Verba nec effectu fuere nuda suo
Concepit sterilis sterili de coniuge coniunx
Mensibus abscondens nobile ventris onus

Missus est angelus gabriel ad virginem desponsatam viro cui nomen erat joseph de domo david et nomen virginis maria ingressus angelus ad eam dixit Ave maria gratia plena dominus tecum etc.

p Ost missus gabriel in sexto mense salutem
Affert melliflua(m) · virgo maria tibi
Hic petre siste stilum tam clare virginis ortum
Virtutes · speciem · carmine pinge novo
Tanto complevit hanc dives natura decore
Quod mirata fuit nil superesse sibi
Non habuit similem · nec est habitura sequentem
Tercia parens felix hec fuit absque pari
Corporis inter opes omnis prepollet honestas
Et bene munda caro · virginei que decus
Unam nec maculam natura reliquit in ista
Ad caput a planta transvolat iste decor
Colla · supercilia · coma · frons · oculi · gena · nasus
Os · dens · labra · manus · pes sine labe nitet
Absque pilis candor in colli colle diescat
Nec minio fuscat umbra pilosa decus
Vincit ebur qui non villis suppositus villis
Lacteus in colli colle diescat honor
Blanda supercilia · via lactea · dividit asper
Non ibi frondescit luxuriat ve pilus
Lucidus est cunctis capitis decor · crinisque aureus
Non ibi castigat vincta nigra comam
Frontis planicies albedine certat olori
Sive nivi nullo que pede trita fuit
Emittunt gemmas oculorum lumina soles
Ad quorum cedunt astra minora iubar
Alba rubentis gemino gena picta colore maritat
Ipse purpureis alba ligustra rosis
Et candori suo rubor intus fusus ibidem
Militat a roseo flore tributa petens
Nasi structuram moderatrix nostra venustat
Nec brevis aut longus sed moderatus erat
Flos nobilitatis ori contendere puro
Non gaudet tantum ridet in ore decor
Non hospes colit ora color nec fucus adulter
Inclita natura dona imitare potest
Corporis inter opes omnis prepollet honestas
Et bene munda caro virgineum est decus
Victores eboris dentes intelligo nullus
Tanti candoris premia gignit ebur

Cuiusque manus pollex digiti extende palmam
plus dudicat pugnum quem retinet suum
Cholis corporee sustentans fortiter actus
Thore columpnarum sunt utrique per ordinem

Per hec nomina fuit virgo maria in veteri testamento figurata

a Archa columba noe fuit et moysi rubus aaron
Virga iacob scala septupla spica joseph
Nubes manna pluens per larga flumina refundens
Pertica serpentis que medicina fluit // Hostem
Funda david fundens lapidem quo protulit //
Fons bethleem cuius ille sitivit aquam
Perfulgens eboris candore thronus salomonis
Concha fluens rore per gedeonis opus
Vitreus electri que vidit in igne propheta
In domini semper ianua clausa domo
Lampas perrutilans septem vicina lucernis
Quam zacharias vidit oliua virens
Cui decor est nomen de virgis una duabus
Tentaculis fronem quo fit umbra ione
Solis amicta die mulier cuius caput ornat
Bis sex stellarum luce corona micans
Hec modo perstupori de virgine singula cetant
Ordine / vult planum sermo viator iter
Ut det sermoni decus et ordo decorque iam recte
Pennam scriptoris aurea virgo sui

Exposicio precedencium

Archa maria fuit semen servat in illa
Et tegit et servat et regit ipsa suos
Ipsa columba fuit oculos imitata columbe
Simplex et mitis et sine felle mali
Hec rubus est moysi rubus est immunis ab igne
Virgineum tetigit nulla libido decus
Est virgo virga sine germine protulit illa
Florem / absque viro protulit ista ihesum
Hec est scala iacob per quam nunc cuique
Exemplis cuiusque scandit ad astra poli
Septupla spica ioseph et cella fit fuit almo
Neumate septenus panis alumna ferax
Manna dat et nubes latice per dona pariit ihesum

Cum fuit esca poli fons qz perennis aque
Pura v'go fuit que sponte tulit istud
Cum nos salvat nulla venena ferens
ffunda david fidens lapidem q° fundit host'
V'go deum fundit quo malus host' obiit
Hec est fons bethlez quia rex sitit qz prez
Ethereus in panis protulit illa domo
Concha fluens rore fuso de velle' supto
Gaudet in dei virgo repleta deo
Est thronus ex ebore salomo ⁊ cella pudoris
ffca dei sedes candida sicut ebur
Est vas electri inter argento rubet auro
Dum parit hic virgo qui deus est ⁊ homo
Janua clausa manet qz vir nusqm p'llaz
Non valuit virgo corrumpi absqz viro
Hec est qua septem augebat luna lampas
Septeno xpi munere plena micans
Est ⁊ oliva virens qz lux est esca medela
Lux cecis miseris esca medela reis
Est ⁊ v'ga decens que solis lumine ⁊ auro
Celi candelabr v'go decore premit
Tra creat vivens stratus hederez qz xpm
V'go parit p quem flens synagoga perit
Sole intus inlit quia bis sex astra coronat
Bis sex discipulos astra finisse reor
V'go ter celebris ternobilis exit ad ortum
Cuius in exortu lux fuit orta reis
Nec metra fortare de sca v'gis opto
Oruet informes v'go serena stilum
Humanaz speciem transcendit forma puelle
Excedens hoiez numinis instar habz
Paupat artifices nature dona decore
Certans auroe splendidus oius honor

De salutacione angeli ad mariam

Missus adhuc gabriel sic cepit auctor supni
Ad tulit eloquii protulit ille ave
Salve v'go deo dixit dilecta sigillum
Virgineum retines es paritura ihm
Sancto concipies de scto neumate nati
Cui indq indet ⁊ sine fine manet

His verbis credens gaudens octavo kalendas
Aprilis virgo concepit absque dolo / salutat
Surgens inde petit properans montana sanctam
Elizabeth fuit hec plena vigore salutis
Hanc puer exultat materna clausus in alvo
Tante virtutis vox salutis erat
Ut matrem domini cui dixit illa beatam
Protinus carmen virgo beata novum
Cantavit magnificat et cetera que legis illic
Ordine dicta suo que canit illa deo
Mansit ibi per tres menses sancta virgo ministrans
Cognate donec edidit illa partum
[illegible] quod docet liber hec quod sancta refertur
A terra puerum virgo levasse prius
Octava dies octava fuit mox puer ortus
Fit circumcisus lege iubente dei
Insignire volunt patris illud nomine plures
Ut zacharie nomen honoret eum
Sed mater prohibens fiat hinc fulgens iohannes
Nomine confirmat scripto patris idem
Mox patris lingue solvuntur vincula plene
Officium recipit lingua ligata prius
Edidit et carmine [illegible] dulcis benedictus et illud
Totum quod sequitur canit ille deo
Quod zacharias siluit gabriele iohannes
Ortu pandente forma typus quod fuit
Lex siluit veniente ihesu res depulit umbram
Lex evangelio cessit ymago rei
Ad bona queque puer crescens deserta frequentat
Donec in ydeis claruit eius opus Q4
Occulte voluit ioseph dimittere mariam gravidam
Cernens ioseph gravidam tunc stupet quam mariam
Querit ut abscedat clam quam relinquat eam
Sed monet angelus hunc in sompnis ut sua fiat
Coniux nil in ea cogitet esse mali
Conceptum puerum sancto de neumate credat
Imponens quod ihesu nomine honorat eum
Qui salvet populum quem noxia mordet ab omni
Crimine fit miseris spes medicina reis
Paruit ille sacris monitis vir virginis esse

Gaudens ad scta virgine virgo maneS
Cur sacra virgo viro sit desponsata legenti
Causas rō sit manifesta tuum
Ne plebs infamet gnitdaz ptz qz puelle
Ut lateat sathanaz vir qz in strect ei orbis
Exyt edictu a cesare augusto ut describet vniūsq=
t Sup hoc precepit augustus cesar in illo
Orbem describi singula scire volens
Cum rome suberat vrbes vicos regiones
Ut que debebat inde tributa daret
Ingreditur qz ioseph cu coniuge virgine bethleez
Que panez vite panis in ede parit
Castus vaū dies splendar qz deuz qz diez
In domino natus creditur esse die
Et qua luce deus dixit lux fiat ab alto
Descendens oriens fulsit in vrbe nouus
Angelus apparens pastoribus inquit i alt
Gloria laus qz deo pax tibi fiat ho
Incipiens qz ihus octa luce vocari
Fit circumcisus lege iubente puer liber gnā=
cionis Et quid significet noīa prm allegorice
p Xonob xpm sanctorum noīa patrum
Signat de quorum carne fit ipse caro
Vox sonat hec abraaz pr in pplis plurimus
De ceco illuminato

Ceco mortale genus cecum designat egenum
Mortales malum traxit ad omne malum
Omnis causa mali fuit orta cupidine mali
Pena carens requie nox qz finis absqz die
Sz qui cor nominis tenebras veniendo removit
Et nascente deo lux fuit orta reo
Ille luto mixit sputum loca frontis inunxit
Sidereum cecum cernit adesse decus
Est caro supta luto vi gemitio sputum
Hec duo mixta sibi sunt medicina tibi

De probatica piscina

Piscinam locus est hic tangere unq in undas
Descendendo prius eger habebat opem
Venerat alma dies pplo sollempnis hebreo
Que penthecostes nomen habere solet
Ad festum dns venit infirmo qz salutem
Restituit motum qui stetebat aque
Infirmos sanans xpm piscina figurat
Cum mentes sanat et mala nra lavat
Porticibus quoqz quinis hec piscina videtur
Cincta libros moisi quinqz notare pt
Plurima plebs illic egra languida ceca iacebat
Naz quasi nil sanans lex vetus egra iacet
Sz dum turbat aquaz descendens angelus egerum
Cum prior accedit morbo sanat aque
Sic veniente ihu pplus turbatur hebreus
Sz nobis miseris nascitur inde salus

Item de viris duabus erant quinqz in una domo
et dividentur duo in tres et tres in duos

In sola sunt quinqz domo mater qz pater qz
Natus nata nurus hos habet una domus
Hos tres in binos aut in tres divide binos
Dividis homines mente fide qz notas

particio quedam scissura scismata gignit
Quod merito numerus indicat ille duplex
Tres sunt in uno personarum deitatis
Quod pandit numerus indicat ille triplex
Filius est populus veniens ex gentibus hostis
Antiquus pater est cum sociatus erat
Sed contra patrem dimissus filius extat
Quando reliquid eum corde fatendo deum
plebs ex iudeis veniens contra sinagogam
Est contra matrem filia fida deo
Dividitur namque a socrus de gentibus orta
Quando fit ecclesia mente benigna deo
Adversus matrem sponsi proprii sinagogam
De cuius xpus stirpe creatur homo
Cum distinguit adhuc istud duo gaudia mundi
Diligit hic alius gaudia summa petit
De transfiguracione domini in monte thabor
per moysen legem per Eliam nosce prophetas
Cum legislator iste propheta fuit
passio monstratur resurrectio gloria xpi
vocibus illorum si sacra verba sciens
De homine habente spiritum immundum qui sepe proiciebat eum in aquam
In precepis in aquam vel sepe ruebat in ignem
Hunc miserum mundum denotat ille miser
Fluxus aque fluxum misere carnis notat ignis
Ardor avaricie mundus utrumque ruit
Hec duo sunt mundi tormenta cupido libido
Hec mentem carnem subiugat illa sibi De ove
amissa quam pastor in humeris reduxit ad caulam
Centum pastor oves habuit perit una relictis
Omnibus hic aliis querere venit eam
Nos ovis illa sumus quos primi culpa parentis
Perdidit est pastor omnia cristus alens
Angelicas oves sursum dimisit amictu
Corporis induitur unde revexit eum De
dracma perdita a muliere quam accendit lucernam ut inveniret eam
Ecclesiam mulier animam laqueis vitiorum
Astrictam captam perdita dracma notat
Que se corripiens peccata priora relinquens
Celicolas hilares xpicolas que facit
De filio prodigo

v Ir genuit geminos pueros. puer unus hebreos
Gentiles alius vir notat iste deum
Cum patre maior agit. curas minor omnia vastat
A patre discedens cum meretrice manens
Sed iudea prius domini precepta tenebat
Cum gentes agerent omnia plena malis
Omnibus exhaustis miser ad patrem redit oras
Invenit veniam. pacificat que patrem
Plebs ita gentilis post idola facta fidelis
Promeruit veniam propitiumque deum
Amissum puerum pater excipit ore sereno
Occiso vitulo fercula grata parat
Anulus in digitis datur. aurea veste honorat
Emittunt modulos organa. plectra. lire.
Oblatusque vitulus xpistus fuit in cruce passus
Ecclesiam redimit iste cruore suo
Anulus ille fidem demonstrat. veste notatur
Immortalis honor dat deus ista suis
Et licet in fratrem maior livore gnetur.
Huic tamen arrident gaudia leta patris
Sic licet invideant iudei gentibus. illas
Cantibus angelicis suscipit aula poli

De debitore centum talentorum

d ecem talentorum vir debens milia. prios
Qui spreuit legis iussa decena notat
Qui peccando rei duo quinque debita dent.
Maxima. sed venie flendo merentur opem
At nisi dimittat aliis sua debita xpistus
Non dimittet eis. immo priora luent. De galileis
et turre que forte viros oppressit in siloe

n siloe turris cadit octo decem que virorum
Hec homicida fuit pondere quosque premens
Tot strages hominum designat plebis hebree
Mortem. quam meritis vendicat illa suis
Talis enim numerus per iota notatur et etha
Grece thau signat hec elementa ihesum
Scriptum inde ihesus nomen quod vulgus hebreum
Romano gladio stravit in urbe sua
Hec quia xpistum ihesum livor transfixit hebreus
Nobilis urbs periit et salomonis opus

De arbore fici parabola

f icu plantavit ho· xpus ho sinagogam
Non aliquos fructus illa nt illa tulit
Vult dominus ficum sterilem resecare· sz obstat
Cultor humum fodiens· stercora multa locans
Sic vult iudeos deus extirpare· s obstant
Doctores patribus· dant documenta sinis
Vt terram fodiant humiles sint stercora mittant
Ore fatendo mala qd quasi stercus erat
Mens humilis fossa est· stercus confessio culpe
Fructificat sterilis quosque per ista duo
Sz nunc iudei steriles· in fine fideles
Existent humili corde· fatendo deum
De muliere curva erecta a dno
x Annis octodecim mulier curvata· p illum
Erigitur qui nos erigit ymmo regit
Hec notat eccliam· qua nunc temptacio curvat
Cum datur in mundi fine salute frui
Annos octodecim faciunt senarius ter· et iste
P sex etates nunc pmi duas habet
Et tria sunt tpa nature· legis· et istud
In quo p xpm gracia vera datur
Ergo dies per eos felix erectio fiet
Ecclesie cui nos tollet ad astra deus
Vbi dictum est dno vade hinc quia herodes
querit te interficere et te dicite vulpi illi
h erodes dicit dno quidam pharisei
Perdere te querit et quia querit abi
At ihus inquit eis vos illi dicite vulpi
Que sic transformat turpis ymago doli
Dicite pficio quia cras· hodie qz salutes
Hec consummabit tercia deinde dies
Ac si dicat eis· ego non occidar ab illo
Immo meum est aiam ponere sponte meam
Cras hodie qz dno pnt quasi mortis et eius
Deinde sepulture significare dies
Demonibus in primo vires fregit· dicatum
Eripuit portas dicunt· arma tulit
Primitus amisse quasi reddidit ille saluti
Eductas animas posteriore die
Quando surrexit aiam corpus qz resumens
Consummatus ho tunc velut ante fuit

Vel geminum sic sinne prius quam predicat annum
Consimiat eum ternus annus eum
Innuit hinc quod adhuc debebat viuere morte quam
Herodes voluit non erat ymo sui
Addit in eis hinc quod non moretur et inquit
Extra ierusalem nemo propheta perit

De muliere deprehensa in adulterio

Femina mulier affertur adultera ypo
mor hebreus eam dum lapidare parat
Hec mulier notat ecclesiam de gentibus ortam
Que mechata fuit idola vana colens
Quam voluit zelans iudea perire sed ille
Cum fons est venie cuncta relaxat ei

De diuite habente vberes fructus

Diues agrum coluit respondet diuite fructu
Plenus ager dno reparat ille locum
Horrea vasa domus veteres invenesce cogit
In quibus abscondit quicquid habebat opum
Vox celestis ait nox hec tibi terminus instat
Horis animam rapiat raptor iniquus opes
Hoc docet exemplum quod si tibi copia rerum
Affluat affectum non ibi pone tuum Sic difficile est camelum intrare per foramen acus ita et diuitem etc.
Diues quem dominus silet facit esse camelo
Est aliquis tumidus rebus amator opum
Cum retinet quod habet et non extendit egenis
Palmas efficitur iste camelus homo
Non quia porta viam recipit nimis arta set obstat
Hostia clausa velut ianua limen amet
Ex vicijs pondus deponens et suas spargens
Per modicum transit ille foramen acus

De diuite et lazaro

Semper splendebat cunctorum diuitis esse
Et vestes eius purpura byssus erant
Lazarus esuriens mendicabat pre miccas
Sed non audiuit micam petita preterea
Diues obit rapit hunc infirmus tenditur ignis
Pauper obit fruitur pace quiete bonus
Diues iudeam signat que floruit olim
Delicijs opibus vnde superba fuit
Gentes quas curat confessio signat egenum

Cuiq curabat volucā lingua tam
Quiqz notat scribas iudeos legis hntes
Quiqz libros nec agit quod docet illud opq

De villico iniquitatis

Ispensabat opes vir eius pdigq eius
Narratur dño q male tractet eas
Imperat huic dns ne dispenset sua volvit
Pectore quid faciet conscius ille mali
Advocat ille viros duo qui debita dẽnt
Et partes scripti multa relaxat eis
Prudentes dnm sic decepit ut sibi victus
Pg ea lucretur nobilis ille dolus
Hac de fraude bona servus laudatur iniquus
A dño bona fraus laus bona facta fuit
Si laudes igitur censeq mercatur iniqui
Res iuste dẽnt maius habere decus

De idropico curato

Dropicum xpus sanat eos qz figurat
Quos nimius carnis fluxq amor qz ligat

De operariis vinee

Pncps cõduxit inopes ut vinea fructus
Reddat que vario tpe culta fuit
Illos hora prior hos tercia sexta sequentes
Nona novos alios hora suprema tenet
Lac puerile prior lanugo tercia sexta
Seniq canicies nona suprema tremor
Non fuit equalis labor et merces fuit equa
Et par aurore vespera facta fuit
Rex p iusticiam pmos mercede cõnat
Remunerat extremos p bonitate sui

De lazaro quadriduano

Vem vite reddit celestis gra fetens
Lazarq in tumulo quadriduanq erat
Iste die quarto mortis vite datur istum
Crimen designas que malq usus agit
Pma dies mortis in adam transgressio legis
Naturalis adest inde secunda dies
Tercia transmisse legis despectio quarta
Nostri cõceptus dnm pie xpe venis
Nudo tum miseratq opq lacrimis et oras
Clamans e tumulo lazare surge foras

Post vocat Ihesus ex nomine lazare clamans
Ne surgat alii qui remeare volunt

De decem mundatis leprosis

[L]eprosi decem miserans mandans clamare coegit
Ad Christum Christi gratia mundat eos
De tot mundatis auctori reddidit unus
Grates absque dei laude fuere novem
Scismaticos signat leprosi quibus nota prave
Doctrine maculat perfidie que color
Sed clamore pio cum pulsant astra relicto
Scismate mundantur eadem salus que datur
Unus agit grates credens quod sit deus unus
Et sit baptismus unus et una fides

De ceco illuminato

[C]ecus erat in Iericho prope callem cecus adorat
Sanat eum dominus atque videre facit
Luce nova cecus gaudens residens prope callem
Sunt gentes fidei que modo lumen habent

De Zacheo publicano

[H]unc Zachee notans qui pravos deserit actus
Cui lignum crucis est gloria vita salus

De duobus cecis in turba Iericho illuminatis

[E]xit de Iericho dominus clamatur ad illud
A geminis cecis et miserere sonat
Ut taceat turbe causant eis miserere
Fortius exclamant ille medetur eis
Tangit eis oculos reddit que videre receptis
Luminibus gaudent atque sequuntur eum
Hii mortale genus designant cui dedit ille
Ad cognoscendum lumen habere deum

De duobus debitoribus

[Q]uingentos nummos debebat debitor unus
Et denos quinque debitor alter erat
Gentes designat maior debitor ille
Permanere deum nec timuere deum
Sed veniente Ihesu credunt peccata relinquunt
Et largis redimunt facta priora bonis
Iudeam signat qui debebat minus illa
Ante deum timuit nunc manet absque fide

De duobus minutis vidue

[P]ia minuta magis vidue transfundit in archam
Omnibus ista duo plus placuere deo

Cum semper debet servari cordis in archa
Omnia vincat amor fratris amorque dei

De pharyseo et publicano

Templa duo subeunt alter pharyseus et alter
Peccator: similis dispare corde preces
Ille cor inflatum gerit · iste dat in prece fletum
Clamitat ille tumens supplicat iste timens
Iudeos signat pharisei vita · superbos
Lege sua · scriptis indiciisque suis
Alter declarat gentes · peccata gementes
Devotos · humili corde piaque fide
Sed reprimit deus elatos · humilesque coronat
Illos excludens · hos que sociando sibi

De divite et vidua

Iudex ferus erat absque timore superni
Iudicis elatus · dirus iniquus atrox
Et tamen assidue vidue clamantis ad aures
Eius vox intrat subsidiumque tulit
Improba vox vidue si duras molliat aures
Vox tua tunc citius utitur aure dei
Si sis assiduus et simplex in prece clames
Interius et exterius · corde · vel ore simul

De illo qui surgens nocte media ut panem petat

Nocte petens media panes hospes tres ab amico
Signat in adversis que tria quisque petat
Dona spei · fidei virtutem · muneris amoris
Per tria tres panes nomino credo · lego
Hii panes mirum sapiunt in corde saporem
Isti indiciam · gaudia robur alunt
Pura fides dat indiciam · spes certa ministrat
Gaudia · sanctus amor robore corda replet

De pane ovo lapide serpente et scorpione

Panis quippe amor · ovum spes actualis
Signat spem · des pisce notare fidem
Par lapis est odio · serpentem perfida equat
Te si desperas scorpio retro ferit De duobus filiis missis in vineam et cultoribus interfectis

Ut patris in fructu consurgat vinea · bini
Incedunt pueri · patre iubente suo
Unus ait patri non ibo quam tamen iniit
Alter ait vadam noluit ire tamen
Gentem que fuerat prius absque fide notat unus

Que cultu fidei nūc fit amica dei
Alter iudeaꝫ que legis scripta tenebat
Et xpī cultū nūc fugiendo negat
De homīe q̄ plantat vineā ⁊ locat eā torcular
Vir prudens a quo plantatur vinea patrē
Signat ierlm cōditor inde fuit
Erexit turrim · torcular fodit in illa
Sepibꝫ hanc sepsit agricolis qꝫ locat
Vinea ierlm · turris templum · notat aram
Torcular · de qua fluxit ut unda cruor
Sepes angelica certa tutela colonj
Iudei · quibus urbs illa subacta fuit
Missi servi fructum petentes prophete
Sunt · quos occidit livor hebree tribus
Filius occisus foris · est xpus crucifixus
Extra ierlm · dum synagoga fuit
Cultores illi quos perdidit ultor · hebreos
Signat dispersos quos vagus error agit
Agricolas ad quos transfertur vinea xpo
Accipe discipulos · ecce qꝫ patres De ho
nobili qui abijt in regionē longinquā accipe regnū
Procedens abijt ho nobilis in regionē
longinquā · cupiens regis honore frui
Regem celestē vir nobilis ille figurat
A quo nobilitas constat ⁊ omnis honor
Longinquas abijt huius doctrina per urbes
Regnet ut in populis ⁊ dominetur eis
Cives qui regnum spreverunt illius hebreos
Signat · qui noluit hunc hic regnum
Servus qui sola minas decas ec lucratur
Dicatus est doctor qui bona verba serit
Qui per doctrinam quam xpus contulit illi
Multos acquirit missa docendo decem
Huic dicet ihūs adveniens bone serve fidelis
Suscipe nunc meritum premia digna tuis
Que bonus insinuat huius minas quinque lucratus
Cuiqꝫ libras morsi qui bona multa facit
Servus iners notat hunc qui commissa sibi donum
Absondens torpet ⁊ bona nulla facit
Tollitur hic igitur data gratia nam piger extitit
Et qui detur ei qui facit inde lucrum

De rege qui misit armatos suos ad perdendum eos qui dicebant Nolumus hunc regnare super nos qui interfecerat filios suos

Armatos misit rex ut perdant homicide
Dentur ut urbs igni corpora cesa neci
Rex pater est summus qui tytum misit et eius
Patrem iudeos perdere templa domos.
Cum multo venientes accincti milite pugnant.
Iudei pereunt singula flama vorat

De rege qui fecit nuptias filio suo

Regis filius est verus princeps est caro sponsa
Cristo iuncta thorum virginis aula facit
Servi qui clamant vos regia fercula poscunt
Sunt preces legis discipuli quos illud
Cum perscripta manent iudeos credere cristo
Sed plebs prava malo credere tardat ei

De homine non habente vestem nuptialem

Qui non intrat festiva veste coruscus
Expellit hunc hominem regia mensa foras
Hic designat eos quos non dilectio vestit
Quorum non ornat membra pudoris honor
Quos licet una fides nostris coniungat ab illis
Tempore iudicii dividet ignis eos

De muliere que septem viris iuncta est

Septem sunt fratres quorum quibus iuncta nupsit
Cum fructu nullos hinc meruere sequi
Sunt primi qui consumunt sine semine mortem
Vitam per septem que solet ire dies

De samaritana et quinque viris suis

Quinque viris inter sociata novit synagoga
Que moysi libris quinque subdita fuit
Hauriat ut laticem ihesus illam provocat ista
Hortatur sacri sumere fontis aquas

De homine qui descendit de ierusalem in iericho et incidit in latrones quem samaritanus imposuit in iumentum suum

In iericho de ierusalem faciens homo lapsum
Incidit in gladios saucius ense iacet
Hunc in transcursu videt levita sacerdos.
Sed nullum confert ille vel ille bonum.
Apparuit advena vir qui custos dicitur illud

Qui pietate sunt motus opem que tulit
Imponit misero iniecto vulnera tractat
Infundens oleum pretium quam merum
Curandum dans stabulum quesiit ut eius
Curam devotus et studiosus agat
Ille miser designat adam qui de paradiso
Corruit in mundum sauciatus ense sathan
Non istud sanat moisi lex sive prophete
Donec xpistus adest qui medicina fuit
Est caro inuenta pro nostra sumpta salute
Qua moriens hominem sponte redemit homo
Est oleum pietatis vinum compunctio culpe
Simul ista duo sunt medicina reo
Qui stabulum servat egrum curando magistros
Qui curat animas per sua verba notat. De quinque
fatuis et quinque prudentibus virginibus
Cergit homo peregre vigilare iubet ab illo
Ianitor et dominus nos vigilare iubet
Cur sit opus vigilare docet regnum quod polorum
Virginibus simile predicat esse decem
Sunt fatue quinque quia noluit vasa parare
Prudentes quinque nam sua vasa parant
Doctis virginibus que quinque fuere notatur
Corporeos sensus qui bene quinque regunt
Corporis et cordis quos non compunctio ledit
Sponso celesti qui per utrumque placent
Virginibus fatuis signatur corpore casto
Sed non mente quibus gloria vana placet
Qui non intus habent oleum pietatis amoris
Exempli re boni sed cor inane gerunt
Tales non audit celestis ianua pulsat
Sero serans sterili cum prece vota serunt
De homine qui peregre proficiscens vocavit servos
suos et tradidit eis bona sua
Vir peregre pergens est xpistus ad astra reversus
Spe lucri servis dans sua dona simul
Quinque thalenta prior alius duo tercius unum
Accipit ut duo tres tria lucra parent
Quinque thalenta libri moisi sunt quinque per illos
Quos prior augmenta missa tenendo decem
Bina thalenta vetus lex et nova duplicat ia

Censibus moralem vim triplicem qui docet
Est intellectus unius in certa talenti
Qui malus abscondit nil operando boni
In eodem misterio de quinque thalentis et uniu
Vir bonus insinuat sub numero quinque lucrum
Quinque libros moysi qui bona multa facit
Servus de binis qui bina talenta recepit
Signat doctorem qui bona multa facit
Cum per doctrinam legis veteris quoque nove quoque
Multos acquirit missa tenendo decem
Dicet utrisque ihesus euge bone sive fidelis
Suscipe nunc meriti premia digna tuis
Servus iners notat hunc qui commissa sibi dona
Abscondens torpet et bona nulla facit
Tollitur huic ideo data gratia qui piger extat
Et quasi detur ei qui facit inde lucrum
De vii operibus misericordie quae si quis fecerit detinuit ...
Ex bona submergit duos libros quoque thobie
Septem legitur provenit inde salus
Vivet in eternum qui fecerit ista tremabit
Thartarum qui non fecerit ignibus emi
Quod discipulis predixit mortem suam
Post hec discipulis propria de morte profatur
Tempore quo sit ea quo quoque futura modo
Passio domini nostri ihesu christi ex quatuor evangelistis
Iuxta matheum dominum sacra passio nostri
Incipit hic xpistus sic ait ergo suis
Post biduum pascha fiet tradendus in quibus
Filius est hominis crux quoque parata sibi
Transitus est pascha signans quoque mirabilis
Ad patrem mundo xpistus iturus erat
Angelus egipti tunc sanguine viso
Plebem quo pastes traxerat illa suos
Sic et tunc pro xpisti sanguine fuso
De mundi viciis ad bona summa dei
De consilio pontificum contra dominum
Primo pontifices simul et populi seniores
Ad caypham properant consilium quoque tenent
Consilium per quod tamen firmare laborant
Ut capiant teneant interimant quoque ihesum
Dicebat in luce sacra non istud agetur
Ne fiat populo forte tumultus ibi

Ne sit sedicio non hoc timuere sed illud
Ne raperetur eis plebe iuvante ihesus
Cum esset ihesus in domo simonis leprosi etc
(I)nnominis hospicio leprosi cum ihesus esset
Bethanie mulier intrat et vngit eum
Est de marmore vas alabastrum quo preciosum
Vnguentum posuit vngit et inde caput
Prius ante diem scriptura reuerit ad illud
Cum pasche senos extitit ante dies
Extitit ante simon leprosus nunc sine lepra
Namque medente ihesu lepra fugata fuit
Sed remanet signum leprosi nominis illi
Vt christi virtus cognita fuit ibi
Vnxerat illa pedes christi que nunc caput vngit
Tunc immunda modo munda marcus quod nota
Ecclesiam mulier notat vnguentum preciosum
Que christum laudat est preciosa fides
Que credens christum docet esse deum caput vngit
Cum credens hominem predicat esse pedes
Hinc aliud sicut primum lucas pharisei
Symonis alterius predicat esse domo
Discipulos turbat effusio prodiga nardi
Ac indignantes inuida verba sonant
Vt quid perdicio nardi tam maxima vendi
Id poterat multo pauperibus que dari
Pluralem numerum posuit pro simplice iudas
Solus id exclamat fur quia primus erat
Cristus ait quid eam turbatis que mihi seruit
Hec in me mulier est operata bonum
Semper erunt inopes vobiscum non ego semper
Corpore sed prius sum deitate tamen
Ista sepulture causa michi corpus inunxit
Quod vos iacturam creditis esse grauem
Nec mirum nardi si me perfudit odore
Pro qua fundetur mox mea iste cruor
Amen amen dico vobis vbicumque predicatum fuerit
hoc evangelium etc
(C)ristus in hiis verbis ventura notat et huius
Laus evangelii splendet vbique modo
Simon leprosus plebs est de gentibus illi
Corporis huic anime vera medela datur

Unguento nardi mulier caput xpi unxit
Ecclesiam signans quam bonus implet odor
Nardus virtutes xpi caput est pater istud
Virtutes cumulans ungitur odore bono
Quod mulier spargit unguento mixta fuere
Balsama que fudit amphora fracta foris
Si studeas aliis istum miscere liquorem
Inferius eadem vendidit ille sibi
Cheus huius signatur in hac quod deserit istam
Virtutem nichil est exul ad omne bonum Scarioth
Tunc abiit unus de discipulis qui dicebatur iudas
Procedes scarioth ad pontifices ait illud
Si vobis tradam quid michi inde erit
Tamquam mancipium vendens vir avarus emeret
Ponit in arbitrio quid dare vellet emens
Denarios statuunt ter denos sic mercatur
Ut quidam dicunt venditus esse ioseph
Unguenti damnum precio vult ille magister
Compensare miser ad sua damna celer
Vox scarioth sonat hec mercans morte quia ipse
In domini mortem mente paratus erat
Accensus precio promisit tradat ut illum
Iudas iudeis agniculum quasi lupis
Horam querit hostis qui bis senas habet horas
Tradat fraude diem de quibus ipse sciunt
Unde loco quodam ihesus inquit nonne dieii
Sunt bis sex hore quas regit una dies
Sunt hodie multi qui inde crimen abhorrent
Et tamen illud agunt ac imitantur eum
Nam qui testatur falsum pro munere verum
Veracem tradunt vera negando deum
Prima dies azimorum accesserunt discipuli ad
ihesum ubi vis paremus tibi manducare pascha
Prima dies aderat cum sumuntur azima porro
Cum comedunt agnum vespere more suo
Discipuli dicunt ubi vis tibi pascha paremus
Christe ihesus verum reddidit ille suis
Ecce vir occurret vobis intrantibus urbem
Cum vas portat aque dux erit ille vie
Huius vos hominis vestigia pone sequentes
In quam primus ibit vos ea subite domum

Illius ergo domus domino vos dicite certe
Ecce magister ait tempus adesse suum
Vult ad discipulis ut apud te pascha paret.
Parent. Xpistus adest pascha paratur ibi
Est alibi scriptum cenaculum grande paratum
Inveniunt. similem rem. loca sima notant
Cristus est qui sima docet que spiritus implet
In simo Xpistum suscipit ille loco
Cum sequitur tantum quod littera monstrat in imo
Pascha redemptori preparat ille loco Vespere autem facto discumbebat ihesus cum discipulis suis
Discumbens et edens cum discipulis dominator
Noster rerum facto vespere dixit eis
Ex vobis unus me tradet. vox ea turbat
Discipulos. querunt quis scelus istud agat
Solis in occasu sol iusticie duodenis
Stellis occasum nunciat ille suum
Cum meus vescitur ait tangendo catinum
Corporis existet proditor ille mei
Filius en hominis sicut scriptura fatetur
Vadit. ut in psalmo vir cytharista canit
Pacis homo meus comedens cum plura monuit
Hic male supplantans magnificavit super dolum
Ve tamen huic homini quo tradar. pena sequetur
Huic non esse bonum. non dolor esset ei
Simpliciter loquitur. si non prodiisset ad ortum
Nullum sentiret ille doloris honus
Hec rursus dedit fur. rabi numquid ego sum
At tu dixisti. reddidit ista ihesus
Rabi non dominum vocat ut tam grande magistrum
Prodere quam dominum non putet esse scelus
Verba notes tu dixisti. si non ego dixi
Non est ore meo cognita causa tui
Cenantibus autem illis accepit ihesus panem gratias agens benedixit fregit et dedit discipulis suis etc.
Post finem veteris ad pascha novum modo transit
Consumens tipicum pascha novans quod sum
In cena panem ihesus accepit. benedixit
Acceptum. fregit. discipulis que dedit
Dicens. Accipite. gustate. fideliter hoc est
Crimpe meum corpus panis ymago manens
Accipiens calicem grates egit. benedixit

Dicens · ex isto quisque liquore bibat
Iste novi testamenti sanguinus meus optat
Confirmator adhuc ungere vina potest
Que pro peccati venia manus impia fundet
Namque cruor tharmi crimina nulla lavat
In benedicendo tunc factam non lego formam
Cum deus panem quem benedixit habens
Et benedicendi nomen tantummodo premisit
Aut aliquod signum fecit agendo manu
Que tunc forma fuit an certe servamus · istud
Non liquet ex scripti tradicione sacri
Sed lego quod panem benedixerit et quod eundem
Ipsam rem tribuit corporis ipse sui
Cum benedicenti domino · benedicimus et nos
Propositum panem quem sacramus eum
Ad benedicendum verbo de more statuto
Forma manet · signo significata crucis
Que quecumque fuit merito deus benedixit
Pani · quod corpus debuit esse suum
Nam deus humane nature quam sibi iunxit
Summam virtutem mirificam que dedit
Nonne legis quod ab inicio benedixerit ade
Id quod fuisse suum multiplicasse bonum
Cum sibi nature suscepit commercia iure
Que spes potuit maior adesse boni
Largior exhibita est tunc nobis gracia · sumimus
Nos superacumulans multiplicans que bonum

De fractione corporis Christi misterium

Fregit et condit · quod fractio corporis huius
Non sine sponte sua fiat et eius ope
Pro quo sacramenti tanti virtute sacramus
Demus quod sacrum summimus ore cibum
Ipse suam posuit animam · positam quam resumpsit
Fractio presignum eius dacione fuit
Cum tunc ut libuit aliis se prebuit · ipse
Multociens licuit se reparare sibi
Frangitur in signum quia fregerit · integer aut
Totus ibi est Christus · totus et inde redit
Parvo sacramento triplex hec fractio nobis
Dividit · et sanctos porcio prima notat
Salvandos qui sint in penis altera · vivos

Quos hec vita rotat tria tincta notat
Hoc colit ecclesia passim q[ue] retractat ibidem
Cristus cu[m] corp[us] c[on]secrat illud idem
Illud enim est corpus quod et ille sacrat[ur] ho[c] q[ue]
Cum nasci voluit sustinuit q[ue] mori
Cum cruce c[on]fixum est q[uod] virginis vbera suxit
Corp[us] no[n] aliud c[on]secrat illud idem
Sed temp[us] no[n] seruat idem · quo celebrauit
Hoc sacramentu[m] vespere xpus homo
Tanq[uam] p[ro]piciens in fine sui s[er]mo retinendu[m]
Firmi[us] id quod tunc p[ro]posuisset eis
Tunc tu[m] iam moriturus erat · suprema voluntas
Quam tunc expressit · plus peragenda fuit
Fecit et id tanq[uam] sacra p[ro]pe dignissima legis
Sufficiens parare dignius ipse suum
Eumq[ue] solebat edi sub vespere legis ut agnus
Tandem cessaret a dicione sacri
Omnib[us] his causis celebrauit vesp[er]e xpo
Cur ea seruari debuit hora patet
At nos c[on]ficim[us] mensam p[er] mattutinis horis
Cum plus sobrius est pl[us] ho[mo] mente viget
Sic opus est nobis cum meditacio verbi
Nam q[ue] totalis actio debet ad id
Ne vere rei desit reuerentia debita tante
Ieiuno sacru[m] sumim[us] ore cibum

Accipiens calicem gracias egit

Frater xpc agit calice sumens ibi monstras
Vt domini laudes quando flagella vides
Panis c[on]firmat corp[us] · vino q[ue] fouetur
Sanguis et in xpo lector vtruq[ue] notet
Christica sic que dicim[us] h[ec] cu[m] sanguine xpo
Corpus signari · carne per illa duo
Ni sociatur aqua pani no[n] c[on]ficias illud
Non offeras vinum nisi in socie[tur] aque
Sic sine carne sacra xpi vel sanguine sacro
Plebs non sanatur nec sociatur ei
Ecce meum corp[us] hoc est · sanguis me[us] hic est
Dum p[ro]fert vocem vim sacra verba ferunt
Vox et virtus agit vt tr[ans]sump[c]io fiat
Panis cu[m] vino · fit caro fit q[ue] cruor
Dum dicit p[ro]fert hec verba duo sacra · panis

Fit corpus vinum sanguis ad illa duo
Et vis illius tunc unum gessit eandem
Ut sic posteritas verba per ista sapiat
Non bibam de hoc genimine vitis donec illud bibam novum in regno meo. Hec sic construenda est littera: benedixit subaudis dicens hoc est corpus meum et tunc fregit et dedit eis et ait comedite et iterum ait hoc est corpus meum. Cum vero dixit hoc facite in meam commemoracionem instituit hoc sacramentum et tacite priusquam destituit
Hic genimine vitis vitabo sumere donec
Vobiscum sumam non vetus immo novum
Donec id in regno sumi patribus absque vetusto
Ritu iocunda cum novitate bibam
Vinum quod generat vitis genimen vocat illic
Vitis et erit triplex sensus inesse potest
Vitis iudee plebis observancia legis
Hoc genimen post hec non bibit inde Christus
Donec vina sue legis quam spiritus implet
Exclusa veteri cum novitate bibit
Hircum mactari lex olim prisca iubebat
Occidi nova lex sordida facta iubet
Illic mactabat vitulum qui sacra parabant
Cum timet hic dominum corda superba domat
In festis sibi complacitis de lege secunda
Hic novum genimen credo bibisse Christum
Hec glosa est super Matheum vinea vere
Est domini sabaoth israelita domus
Glosa secunda sonat ut vitis significet hebreos
Et genimen vitis denotat illud idem
Sensus hic est non hac fruar de plebe fideles
Donec salvetur omnis hebrea tribus
Tercius est sensus hominis natura notetur
Vite duplex genimen cuius inesse scias
Ut sit mortalis immortalis quod fit idem
Si vellet poterat Christus utrumque capi
Est igitur sensus verbis sumendus in illis
Tamquam dicat sic verba per ista velut
Non ultra moriar cum nunc calicem bibo mortis
Donec consurgam sed sine posse mori
Hympno dicto exierunt in montem oliveti

Hinc ympnus dicto monte petit ille sin que
Cum supra altis nomen olyva dedit
Ut saturentur edent mopes domini que regerent
Laudantes talis dicitur hympnus ibi
Aut fuit hic hympnus quo teste iohanne precatur
Pro se discipulis ecclesia ac patrem
Post ad oliveti montem precepit ibidem
Plurima discipulis intimat ista loquens
Pena mei pariet in vobis scandala multis
Hac in nocte metu pectora vestra tremet
Sicut zacharie testantur scripta prophete
Percute pastorem sparsa recedet ovis
Petrus reddidit hec et si mors instet et ensis
Inserpent cordi scandala nulla meo
Non ego deprendar te nosse negans etiam si
Vel terra capiar sit ve necesse mori
Hec petre xpistus ait ter in ista nocte negabis
Primo quam galli vox iterata canat
Primo negat petrus gallus canit ast iterum
Cantu bis domini denegat ille simul
Exponit marcus quod alii manifestat
Incipit alii plenius iste docet
Trinum delevit confessio trina reatum
Dum petrus trino firmat amore ihesum
Et si oportuit me mori tecum non te negabo
Non est mentitus petrus hoc verbo quia verum
Dum promisit credidit esse sibi
Tunc subdit dominus post longum sermonem quem
scripsit iohannes Non turbetur cor vestrum
in domo patris mei mansiones multe sunt
Et tunc venit cum illis in villam que dicitur
getsemani que est ad radicem montis oliveti
trans torrentem cedron et introivit in ortum
cum discipulis suis
Hunc dominus longum sermonem subdidit illis
Cum ut est seriem scripta iohannis habent
Post in getsemani villam venere recepit
Hec ortus dominum discipulos que suos
Getsemani nomen vallis pinguis sonat illud
Post montem transit ingreditur que ihesus
Plena figurarum sunt omnia discute lector

Quid mouis ille notat villa quid illa velit
Orat monte ihesus ascendens ut cor in alt
Desigans · quando fundis ab ore preces
Orat et in valle pinguium monstrans ut et imis
Sit tua mens humilis · fallet amoris adeps
Ad mortem properans in Getsemani ihc intrat
Se reddens humilem nos quam potenter amans
Discipulis quam sinens preceptum quam tradidit istud
Hic residete loco me · quasi dicat eis
Tam firmi sitis animo quam corpore · donec
Orabunt eam · nec procul inde tamen
Vos simul oretis ne vos temptacio vincat
Ne fragilis frangat fortia corda caro
Assumens igitur petrum simul et zebedei
Natos tristari cepit et inde loqui

Tristis est anima mea usque ad mortem

Me meam turbat animam mitis dolor usque
Ad mortem · deitas non loquitur sed homo
Tristis erat pro discipulis quos ipse videbat
Lapsuros viis et titubare fide
Usque potest exclusiuum dici · quasi donec
Morte sua saluet se quam suos quam · dolet ·
Aut inclusiuum donec redeant titubantes
Post eius mortem corde fatendo fidem
Procedens quam parum quantum iacitur lapis vnus
In faciem pronus cecidit ille suam
Ad patrem clamans orans · a me pater abba
Si fieri possit · transeat iste calix
Transeat iste dolor mortis verum istud
Quod volo non fiat · perfice velle tuum
Et pater est abba · lingua sapit istud hebream
Lingua sonat greca · lingua latina pater
In quo monstratur quod gentibus omnibus vnus
Imperet et solus singula regna regat

Tunc venit ad discipulos et invenit eos dormientes

Venit et invenit pressos torpore soporis
Discipulos · petro verba priora loquens
Nam quia pre cunctis promines extitit illum
Arguit ille · premens corda superba premens
Non poteras vnam mecum vigilare per horam
Cur tua depressit lumina sompnus iners
Ne vos temptator premat · orantes · vigilate

Spus est promptus sed magis egra caro
Rursus et orat idem· fit sudor sanguinis· astat
Angelus hinc· orat tercio xpus idem
Ter ihus oravit· ut vincens subpliceret omnis
Corde patri nato· spiritui que sacro
Ut de preterito nos ac presente reatu
Venturo que malo liberet ille pius Tunc dicit
discipulis suis dormite iam et quiescite
Post ad discipulos dormite quiescite dixit·
Clauserunt oculos ergo sopore brevi
Tunc illis iterum iam surgite dicat· eamus
Accedit· properat traditor ille mei
Et ecce iudas adhuc eo loquente cum turba
magna cum gladiis et fustibus et armis etc
Ut ea dixit adest iudas dux que cohortes
Armate gladio fuste sequuntur eum
Quos et pontifices· quos et populi seniores
Miserunt· ut eum· arripiant que ihum
His dederat signum sic ut raperetur ab illis
Ille vir· os cuius tangeret ore suo
Accedens prius dedit oscula ficta magistro
Cui salvator ait ad quid amice venis
Cumque ihus dixisset eis quem queritis· assim·
Eum ihus exhorrent et cedere retro
Post vinctum tenuere ihum petrus amputat aurem
Malcho· sanat eum nostra medela ihus
Tunc iterum dicens ego sum si queror abire
Hos permittatis· monstrat et ipse suos
Post que iam bis ait quia sic me queritis assid.
Accedunt prius iniciunt que manus· aurem
Vinctori videt hinc petrus et dolet amputat·
Servo presulis· hic nomine malchus erat
Iudeos notat hic qui dexteram perdidit aurem
Spus est auris dextra sinistra caro
Nam moriente ihu vere non audit hebreus
Quam bibit auditu littera sola placet
Petro xpus ait tunc manus accipit ensem
Ense peribit homo pena sequetur eum
Nonne rogando patrem plus quam bis sex legiones
Angelicas faciam sponte venire michi
Vobis non ergo· legiones cum duodene
Angelice parent· auxilium que parant

Intellectus adhuc alius mostratur in istis
Quando inus notat hic anne genus
Prelia fecerat cum romano duce contra
Regem iudeos tempore tyte tuo Tanquam ad
latronem existis cum gladiis et fustibus etc.
Existis ait turbe cum fustibus ensibus ad me
Tanquam fur essem vos properasse scio
Sepe sedebam templo docui nec me tenuistis
Nunc teneor ducor ad sacra sicut omnes
Discipuli fugiunt ihesus est deductus ad Annam
Primo post cayphan qui socer eius erat
Anne quippe domus si permissa fuisset
Cene vicina fuit decentius esset ei
Inde sequens iuvenis flores etate relicta
Cuius vestitus erat sindone nudus abit
Hunc quidam Jacobum tradunt alii quoque iohannem
Ex isto dictum tercius esse potest
Retro petrus sequitur gressu mutante iohannes
Intra pontificis atria duxit eum
Quem tangens oculis ancillula garula signans
Hostia de sociis hunc ait esse ihesu
Istud ei petrus responsum reddidit istum
Non novi quod ais nescio falsa sonas
Ignis erat stabat petrus hic aliquot sibi unum
Expom presul querit ab ore ihesu
Intulit ista ihesus hec presul querat ab illis
Auribus hauserunt qui mea verba simul
Unus ait sic pontifici responsum dedisti
Maxillam quoque ihesu tangit et quoque ihesus
Quid me cedis ait verum non falsa locutus
Sermonem probet ulcio nulla bona
Maxillam quoque ihesus offert alteram ferienti
Se dare promptus erat si videatur opus
Anne precepto ihesus hec post verba ligatus
Mittitur ad caypham ludibrio quoque datur
Stabat ad igniculum petrus hunc ancillula cernit
Altera de sociis indicat esse ihesu
Astantes dicunt te lingua probat galileum
Servus es illius qui galileus erat
Hic iurando negat ter hanc prius ante loquelam
Exierat dederat gallus ab ore sonum

Et quasi p9 horaz malchi cognatus in orto
Se vidisse refert. hunc pariter qz ihm
Jurat periurat negat affirmat qz q illum
Petrus non nouerat. nec sibi notus erat
Dum petrus iurat. dum sic iuratio durat
More suo galli cantus ab ore sonat
Prodit ab ore petri prodit de gutture galli
Vox iurando negans vox resonando canens
Respexit petrum ihus. et petrus flet amare
÷ Se qz negasse dolet. quem scit amasse prius
Anne sub tecto ter scita negacio cepit
Finis apud cayphaz teste iohanne fuit
Annaz pretereunt alii sic ergo videtur
Petrus apud cayphaz ter reus esse mali
Augustinus ait totum vidit domus anne
Atque pius dicitur sit reserata prius
Summa Bede et Jeronimi
Ille simul produnt. duo Beda Jeronimus illic
Sub tecto cayphe qz neget ille ihm
Ad cayphaz multi coeunt scribe pharisei
De veraci ihu plurima falsa serunt
Dixit ei cayphas per viuum per benedictum
Te coniuro deum. te michi vera loqui
Si tu sis xpus. summi qz dei benedicti
Filius electus. dic michi pande michi
Respondit tu dixisti. sed crede verbo
Sunt pigra veraci pectora vera minus
Cum virtute dei venies in nubibus altis
Amodo xpus homo cernens videndus erit
Veste sacerdotum princeps scissa fremuit. illud
Vim dedignans. corde vel aure pati
Blasphemat aut. quid vobis inde videtur
Dixerunt mortis est reus iste deus
Conspuitur. trahitur. adducitur in pylato
Traditur. ut iudex iudicet eius opus
Argentum referens iudas tristatur et inquit
Semio me iusti sanguinis esse reum
Respondent. quid hoc ad nos tu videris hic est
Vidisti quid tu feris ore dolo
Vel tu de duo grauiter peccasse videbis
Tormentis grauibus ob mala facta lues

c.

Ad nos acceptum precium quid pertinet istud
Respondent tu fac inde quod ipse cupis
Proicit in templo precium laqueum sibi nectit
Peccati laqueo qui laqueatus erat
Ut se declaret celo terre quoque perosum
Aere suspendit se crepuit quoque cadens
Sanguinis precium prohibent in corbanam esse
Mittendum sibe sanguinis quoque viri
Hinc agrum figuli mercantur ut hic peregrinus
Cuiusque sepulture possit habere locum

Allegoria de figulo

In nequam factis misteria magna coruscant
Est figulus mundi conditor astra creans
Ex polo format luto qui vas in honorem
Ac in despectum vas fabricare potest
Est ager hic mundus qui Christi sanguine emptus
Est precio mistus vir sepelitur ibi
Cum licet in mundo sit adhuc tamen est peregrinus
Dum moritur Christo domino sepelitur ei
Hic ager acheldemach simone vocatur hebreo
Hoc est sanguinis iste vocatur ager
Tunc sunt impleta predicta per Jeremiam
Sermo de precio quo fuit emptus ager

Hic ducitur scriptor in errorem quod dixit Jeremiam
Dixisse istam locutionem cum zacharias hec dixerit

Errant scriptor qui dixit per Jeremiam
Nam zacharias ista locutus fuit
Cum stabit iudex hominum ihesus ante tribunal
Vilis et indignus iudicis ante stetit
Exit ad turbas hinc presides querit ab illis
De quibus accusent impediat quoque ihesum
Hic placata duplex fuit accusacio testes
Accusare mali non timuere bonum
Accusant quod se regem facit hic et honori
Cesareo prohibet iste tributa dari
Falsa loquuntur sciunt eos iudex de cesare nempe
Que sunt cesaris hic nec dixerat ille dari
Sic ait ergo ihesum si rex sis gentis hebree
Dicito tu dicis intulit ista ihesus
Non est vile meum regnum non contrahit ortum
De mundi regno splendor honor quoque meus
Si meus hic esset honor non ut traderer hosti

Certassent famuli discipuli que mei
In mundo veni testarer ut omnibus istud
Quod verum constat esse vel absque dolo
Exijt ad populum post ista pylatus et inquit
Huius in ore viri mentio nulla mali
Clamabat populus et turbas a galilea
Incipiens vires commovet ipse suas
Audit ubi dici galileam preses apud se
Presumit quod sit hic galileus homo
Vel quod attineat ad ius herodis proprimas
Fit memor herodis ipse quod esset ibi
Ergo ihesum mittit ad eum qui venerat illo
Ipse religionis tactus amore loci
Ut prius dux galilee solvat honorat
Vel condempnet eum quem galileus erat
Herodi gratus reus reddidit ista pilatus
Et odij primi causa sepulta fuit
Herodes ab eo fieri miracula sperans
Gaudet et inquirit multa sed ille tacet
At cum nulla sibi reddi responsa videret
Non sane mentis credidit esse ihesum
Quem sperneres passim ludibria multa pilato
Alba fulgente veste remittit eum
Concors herodi fit christi morte pylatus
In christo populus miscuit utrumque fides
Inde pilatus ait ad iudeos quod nullam
Reperiebat causam mortis inesse ihesu
Ipse nec herodes nichil invenit nece dignum
Ergo flagellatum solvere posset eum
Illi clamabant crucifige reum crucifige
In cruce fige reum se facit esse deum
Tertia post omnes hec accusatio facta
Presidis impinguat cor generat que metum
Ingressus quod ihesum monet ista voce quis es tu
Nullum inquirenti reddidit ille sonum
Cum presens in non loqueris mea nonne potestas
Te servare valet figere sive cruci
Cui ihesus hec in te regnaret nulla potestas
Si data non esset desuper illa tibi
Illum propterea qui me tibi tradidit astu
Fastu fraude suis manibus hic scelus

Namq3 presidis quia maior sit timor urget
Que q3 iudeus edidit ista ihūs
Parere igitur vult preses si y clamor hebreus
Si dimittis ait cesaris hostis eris
Cum quis se regis insignit nomine fustat
Regalem tytulum cesareum q3 decus
Ex vinctis unum paschali luce pilatus
Immunem pro plebe petente dabat
Q3 solui barabam non xp̄m poscit hebreus
Qui fur extiterat sanguineus q3 manu
Qui causa scelerum dampnatus carcere morti
Eripitur morti vita beata datur
Crucem p'mum fatung in vinea trapezat ille
Excepto morti vinee posse datur
Barbas latro malus que iudei sibi poscunt
Est antixpc̄ que sinagoga colit
Presidis uxor ait cum iusto quid tibi preses
Pro eum sompnis plurima passa sum
Tolle reum tolle crucifige reum crucifige
Exclamat turbe clamor ubi q3 sonat
Ergo videns iudex strepitus consurgere vana
Nil sua posse manus lavit et istud ait
Vobis apparet nullum q3 latet quod ab huius
Permaneo mundus sanguine iudex ego
Respondet quod sit super ipsos et super heredes
Heredes eius sanguinis et omne malum
Tamq3 dicatur huius vindicta cruoris
Sit super patres progeniem q3 patrum
Post populi voces post horrida verba flagellis
Cesum iudeis tradidit ille ihm
Cui ihūs innixus fuit illa beata columna
Sanguinis ipsius signa resignat adhuc
Mox ihūs exuitur clamis huic induitur illud
Ornat coccineus purpureus q3 color
Purpura demonstrat regem diadema dederunt
Spine pro sceptro imminit arundo manum
Illudunt q3 ihm flectendo genu caput eius
Tangunt dicentes rex bone noster ave
Et licet hoc gentiles agunt tamen illud hebreum
Dampnat qui tanti criminis actor erat
Hac ratione genu pro gente vetaris hebrea
Flectere solempnes cum fiunt ara preces

pq mala tot tanta imp data tollit illi
Purpura' qtegitur veste priore sua
Fert omnis ipe crucis signum celestis honoris
Nos onus hoc onere purgat honore beat
Invenuit homē cū simon nomē · et illum
Retro crucem cogunt · ferre post ihm
Signa sue mortis sequntur ihus hec et illi
Cum procedit cū baiulus ille crucis
Simon qui portat lignum crucis · indicat illud
Cum sint absque deo mine crucis implet opus
Filia ielm flet cū · ihus · inquit ad illam
Ut pro se fleret progenie quam sua
Monstrat in his vbis · urbis ppli quam ruinam
Flendam · que tyti tpe facta sunt
Inque locum venuit cuius calvaria nomē
Hebrea lingua golgata dictus erat
Illic iudei regem regum crucifigunt
Latrones quam duo qui comitantur eum
Dicitur ob capitis hominis calvaria · sepe
Decollabat ibi iudicis ira reos
Et quia iuxta locum capitum sunt ossa p illud
Sparsa · locus tale nomen adeptus erit · erat ibi
et patriarche quilz cū uxore sua tumulati
Hic tumulatus adam cū coniuge dicitur eva
Hic abraam positus sara quam sponsa fuit
Hic isaac positus cū rebecca phibetur
Cum lya iacob est tumulatus ibi In hora
qua peccavit adam crucifixus est xpus etc
Qua peccavit adam ihus est crucifixus in hora
Cum sup lignum crimina nra tulit
Dum crucifixit eū gens dira · prec ihus orat
Parce pater nescit impia plebs quid agit
Excepta tunica partes de vestibus eius
Quatuor efficiunt · qui mala tanta movent
Contextam tunicam p totum desup illi
Scindere nō poterant · sz data sorte fuit
Hic fuit impletus scriptus prophete cythariste
Omnino meam vestem sorte dedere sibi
Impia quidem pro qua titulum scripsisse pilatus
Dicitur hebrea · greca · latina fuit
Iudeorum rex nazarenus ihus · iste
Est titulus ptes ordine verte retro

Mutari titulum rogat hostis. atque pilatus
Quod scripsi scripsi fortiter ista manent
Palma cedrus cipressus oliva finisse feruntur
Illic. sed crucis est sola figura thau
Et xpi regnum firmum manet et sine motu
Non mutata superscriptio scripta notat
Blasphemabat eum plebs vah qui destruit edem
Templi per quod dies tres facit esse novum
Sibi clamabat alios dabat iste salutem
Se saluare nequit nec bonum esse sibi
De cruce descendat credemus ei pacienti
Horum clamores preterit aure ihesus
Tunc sathan cupiens fractus sibi robur agebat
Ut se deponat de cruce xpus homo
Super brachiolum crucis ecce sathan stetit illud
Ut queat in xpi carne notare notam
Latro ad dominum ait memento mei domine dum veneris in regnum tuum
Unus latronum xpum flectit prece clamans
Quando subis regnum xpe memento mei
Cui vere inquit eris hoc sis in paradiso
Mecum. xpus ubi est. est paradisus ibi
Non de terreno non de celi paradiso
Hoc ait ipse ihesus ut paradisus erat
Alter blasphemans aditum venie sibi clausit
Gaudia primus habet tristia latro secundus
Latro bonus signat gentiles primus hebreos
Iste fidem sequitur respuit ille fidem
Stabat iuxta crucem ihesu mater eius et soror matris eius etc
Virgo maria parens · cleophe quoque maria quoque Johannes
Femina peccatrix stat prope ligna crucis
Inquit discipulo de matre ihesus tua mater
Hec erit. ad matrem filius ecce tuus
Extunc virgineo virgo servivit honori
Sed non deseruit hac sacer ille chorus
A sexta tenebre mundi sparguntur in omnem
Durantes donec nona sit hora fere
Effectum si dicat eclipsim quilibet. isti
Obvius occurrit temporis ordo rei

Doctor athenarum dixit dionisius isto
Tempore nature sustinet ipse deus
Hinc statuunt aram titulum que locant super illam
Ara sit ignoto facta dicata deo
Scripsit origenes quod non tenebrosa fuerunt
Omnia sed mundi pars tenebrosa fuit
Sicut in egipto tribus est nox facta diebus
In Gersen nec eam sensit hebrea tribus
Sic fuerunt tenebre tribus horis sic super omnem
Iudeam reliquus luce nitente locus
Et circa nonam ihesus exclamat hely bis
Lama sabatham discute verba ihesu
Lama sabatham sonat hec a me quid abisti
Et vox ista sonat o deus hy que meus
Sic humana caro loquitur que passa dolorem
Iudeam romani quos lingua latebat hebrea
Dicunt Elyem postulat iste manus
Cernite si veniat vir in aere raptus ut illum
De cruce deponat auxilium que ferat
Inde ihesus inter querens sitiens que salutem
Protulit hec sitio que preciosa sitis
Non sitiebat aquam non vini querit haustum
Sed solam animarum hec sitis eius erat
Vir quidam nequam malus hispidus implet aceto
Imponens calamo vas ysopo que ligans
Porrigitur que ihesu sapiens dicit potus acetum
Fel mirram tribus his potus amarus erat
Hebree gentis mentem vas signat acetum
Que distorta velut spongia torta fuit
Scripturam signat calamus que dicit acetum
Porrexere mee fel que dedere siti
Que pectus sanat ysopus brevis herba figurat
Pro nobis humilem salvificum que ihesum
Cum que ihesus potum libasset leniter inquit
Est consummatum quod nec salutis opus
Et clamans dixit animam que carne tenetur
Commendo manibus o pater alme tuis
Ac ibi clamans expirat et intima velans
In partes velum scinditur ecce duas
Exterius velum ruptum quidam sapientes
Esse volunt in quo mistica forma fuit
Rumpitur exterius quia nunc ex parte videmus
Nondum perfecte sed speculando foris

Interius velum rumpitur nam sine nube
Preclare nobis rebus erit ista patens
Omnibus rebus nudi sensere deum morientem
Auctoris mortem nec tacuere suam
Terra tremit. petre scinduntur. aperta sepulcra
Ad vitam redeunt corpora multa patrum
Attamen ante ihesum surgentem nemo resurgit
Apparent multis post quam intrando ierusalem
Cum quod ihesus celos penetrat veros ita testes
Illos. quos quidem scripta probare volunt
Affirmant alii quod mors iteratur eorum
Et reditum faciunt ad monumenta suum
Terra tremit signans quod christi passio multos
Terrenos mutat ethereos quod facit
Petre scinduntur. quia quedam pars sinagoge
Dura prius. mollis post ea facta fuit
Ut christi testes surgant monumenta patescunt
Vel quia lex nobis est patefacta vetus
Angelicas voces sonuisse feruntur in ipso
Aere. cedamus hinc fugiendo locum
Videns autem centurio que fiebant etc.
Iste centurio signis eius sodales
Clamat. est vere filius iste dei
Et qui viderunt rerum portenta redibant
Pectora cum manibus percuciendo suis
Porro maria prius peccatrix iacobi quod maria
Que matris domini dicitur esse soror
Ipsa ioseph mater et natorum zebedei
Mater cum gemitu flendo moratur ibi
Hec cruce pendentem remanent luce quietum
Post de asscensu venit iniqua cohors
Et quia vivebant fregerunt crura duorum
Os verum defuncti non tetigere ihesu
Os non comminuet ex illo quibus super istum
Scripta prophetant. id quod vetant habes
Os non comminuet ex illo. sed tamen illi
Tunc aperit dextrum militis hasta latus
Dicas hac hora patefacta superna fuisse
Janua. costa ihesu qua patefacta fuit
Costa forata fluit. latex cum sanguine mundi

Humidus madat fusus vterque liquor
Longinus facto caligat lumine sanguis
Admotus fronti lumina reddit ei Cum sepe
liretur venit Joseph ab arimatia et peciit corpus ihesu
Cum sero fieret ioseph decurio diues
Ciuis de Ramatha iustus honestus adest
De quo conscriptus psalmus dixere beatus
Vir qui non abiit quem sequimur ibi
Non dat consilio consensit plebis hebree
Nolens prauorum via maligna sequi
Clam famulus xpi fuit hic a preside corpus
Postulat ergo ihesu percepit ille dari
Prebet opem nicodemus ei qui tempore noctis
Venerat ad xpm corde tenendo fidem
Attulit hic centum libras aloes simul isti
De cruce deponunt membra beata ihesu
Qui mundum corpus involuunt sindone munda
In quo petra tumulant qui petra nostra fuit
Veritatis mulier aderat pariterque maria
Altera suspirat prospiciunt que locum
Inde reuertentes vnguenta parant operantur
Ante diem sabati dum licet istud agi
De custodibus appositis ad custodiendum sepulcrum
Post pasceuen lux que sequitur phariseos
Colligit et scribas et que pilate petunt
Cum dicant dixisse ihesum quod morte subacta
Post tres ad vitam surgeret inde dies
Ergo iubet presens seruari septa sepulcri
Ne furentur eum surripiant que sui
Et dicant plebi viuit de morte resurgens
Et primo peior vltimus error erit
Sicut scitis ait custodes ponite parent
Custodes que parant instituuntque loco
De mulieribus que venerunt cum aromatibus
vngere ihesum
Vespere quod legitur post valde mane ferentes
Vnguenta veniunt ad loca sancta domine
Vespere caligo fit ita tu collige quod tunc
Matutina foret incipiens que dies
Vespere seu dicat ut iam lucesceret hora

Pro claro festo misticum verba loquentes
Est lucidissimus dies dictus precedens noctem
Sed tunc mutatum temporis ordo fuit
Nox qua surrexit ihesus est adiuncta diei
Quo se demonstrans fudit in orbe iubar
Ante sequebatur nox ut dierum quia luce
Primus homo linquens in tenebrosa ruit
Nunc quia dies noctem sequitur quia gratia christi
Ad vitam velut a morte reduxit eum
Terra movetur adest descendens angelus astat
Accedit lapidem volvit ibique sedit
Non egressuro pandens aditum fuit eius
Egressum factum pandat opus quod sacrum
Angelicum fuit aspectum quasi fulgur horror
Horribilis quasi nix candida vestis erat
Blanditur candor niveus est in fulgure terror
Blandus erat mitis vultus atrox quia malis
Cristum enim potuit clauso prodire sepulcro
Que modo matris ianua clausa dedit
Custodes tremere metu perfulgure vultus
Angelica durus fit certe iste malis
Sic in femina sonat angelus aure timorem
Pellite vos blandus certe fit iste bonis
Vos quibus est licitum domina videre scimus
Surrexisse ihesum qui crucifixus erat
Surrexit vivit non est hic ut qui dicat
Non est hic carne sed deitate tamen
Dicite discipulis quia eos ihesus in galileam
Preveniet vere se manifestet eis
His dictis abeunt quibus occurrit ihesus illis
Dixit ancte pedes hec tenuere ihesu
Quas ihesus alloquitur nolite timere sed ite
Currite narrate fratribus ista meis
Ut surgat et eant festinet in galileam
Declarabor eis et manifestum ero
Postquam venient quidam custodum visa patefecer
Repetunt scelus principibus quia loqui
Concilium cogunt et consilium simul illos
Corrumpunt viris muneribus quia dant
Ut dicat plebi dum nos sopor aggreditur assunt
Discipuli tollunt surripiunt quia ihesum

Scripto custodes peruertunt nunc viri
Hoc aput hebreos permanet usque modo
Quinque fuit vicibus in sacra luce redemptor
Notus quando in parte vulnera quinque tulit
Tot quoque fuit vicibus aliis post ipse diebus
Cognitus ut nobis pagina sacra refert
In quo loco venimus ubi conueniunt. Ihesus illic
Discipulis notum se facit esse decem
Nam solus Thomas aberat post octo diebus
Impletis monstrat vulnera quinque thome
Discipulos post alloquitur michi cuncta potestas
Est data celicolas terrigenas que rego
Hec de carne sua dicit non de deitate
Cum patri concors consimilis que manet
Ergo precipio vobis gentes ut in omnibus
Eloquiis vestris hec mea verba sonent
Ut baptisetur in nomine patris et eius
Prolis et amborum neumatis alme homo
Doctrine que mee doceatur missa manebo
Vobiscum donec vita sit ista manens
Hic loquitur de fine huius libro quem matheus
Dat finem. petrus finit et ipse suum Incipit
prologus in actus apostolorum

Dixi me finisse librum sed rursus in actus
Postor apostolicos consumare stilum
Hos michi declarat pluribus pagina luce
Hos etenim scriptis insulit ipse suis
Hinc ego post tantum succumbens pene labore
Subsequar ut fessus et breuis esse volo
Versibus exametris tractum quasi tardior ibo
Nec michi precipiti carmine cursus erit
Heu quod ego sic non traxi premissa labori
Tollendo potior utilior que michi
Sed non attendi quod ab ipso limine nemo
Aggreditur longas cursor inire vias
Hactenus historiam nunc actus utriusque canebo
Tu petre tu paule queso fauete michi

Incipiunt actus apostolorum

Tyberii nono decimo regnante anno
Dum sinet adhuc dicto iudea tiranno
Post mortem xpi quem iudea sanguine lauit

Iudicijs multis se resurrexisse probant
vt lucas demonstrat gustans alimenta ciborum
Expulit ambiguos motus de corde suorum
Testis adhuc accedit ad hec narracio luce
Cuius scripta micant racionibus splendida luce
Ille quater denis se demonstrasse diebus
Cristum discipulis miris narrat speciebus
Cuius in hijs denis oculis apparet corpus
Sicut testantur sacrorum scripta librorum

Cap. liber secundus scripsit beatus lucas theophilo

Theophila scribens vir xpo mente subactus
Sermo apostolicos lucas dilucidat actus
Que fecit ihesus et docuit scripsit prius iste
Suorum discipulis donec petiit ethera xpe
Audierant illi xpi precepta iubentis
Vt patris expectent promissum cuncta regentis

De apparicione domini cum dixit discipulis suis iohannes baptisavit in aqua vos autem spiritu sancto

Nunc ait eis xpc sic baptisante iohanne
Plures sunt tincti iordanis fluminis amne
Sed vos neuma sacrum faciens cognoscere verum
Efficiet mundos post tempora pauca dierum
Hij qui presentes ad xpi verba fuerunt
Si rex iudeis hoc detur tunc quesierunt
Non vos scire decet inquit momenta futura
Tempora que posuit pater et tenet in sua iura
Sed vos infundet diuini gracia flatus
Cum vos mundabit omnes tenendo reatus
Et testes eritis mihi donec ad vltima terre
Possitis mea verba loqui mea dogmata ferre
Post hec verba ihesus penetrauit ad ardua celi
Discipulis cernentibus hunc et plebe fideli
Dum quasi recedentem fronte fulgore sequuntur
Stantes duo iuuenes in clara veste loquuntur
Quid stupet et mirat mens vestra viri galilei
Ecce quid aspicitis loca summa dierum quasi dici
In celos xpm quem nunc vidistis abire
Sic ita credatis in fine mundi redire

De regressu apostolorum in iherusalem post ascensionem domini in monte oliueti

Nunc ab oliueti facientes monte regressum
Versus iherusalem ceperunt tendere gressum
Cenaculum subeunt quod strabum quidem vocatur
Cetus apostolicus vbi gaudens pacem moratur

Ihesu cum multis et virgine matre maria
Expectat quod eis promisit vox zophia
Orant ieiunant quia xpistus carne recessit
Cum gradiendo pedes in marmore sic repressit
Non potuit locus iste strui in marmore saltus
Petro dabat de quo ascendit xpistus in altis
De electione mathie per sortes
In medio fratrum petrus hiis surgendo diebus
Instruit illorum dominus pectora rebus
Dicens impleri scripturam que docet istam
Que nobis sonuit de iuda per cytharistam
In libro legitur psalmorum iure notatus
Accipiens alter eius teneat dominatum
Fur erat hic et habens loculos et ductor eorum
Cum tenere ihesum regem quem deum quem piorum
Quam digne meruit suscepit in aere penam
Viscera rupta fluunt pacuit colla cathenam
Congruit ut secum sint viscera rupta pater
Que scelus in dominum que concepere latenter
Congruit ut collum dominum cathena constringat
Per quod prodinit vox fundens dira venena
Congruit ut vendens dominum sit in aere perdens
Vndique damnandus et demonibus sociandus
Vt quasi terra vomat et celum respuat istud
Cum fuit celi quem deus prodit male xpistum
Ob meritum est passum quod xpi contigit ora
Dulcia plena favis mathus ori flore decora
Sic est quem meus pene modus et locus eius
Culpe quo nemo potuit deliquere peius
Elige ergo vnus quem nos comitatus oportet
Vnus ut accedat testis quem pondera portet
Officii inde xpi surgentis honorem
Pareret in mundo morem fidei quam nitorem
Post hec vna ioseph que iusti nomine honorat
Mathiam que vocat filius quem vita decorat
Orantes quem summus qui nouit corda ingrum
Pastor ut mostret que inducet esse ministrum
Officii inde de quo fuit ille malignus
Corruit et prauo succedat pro benignus
Sortibus ergo datis mathias fit duodenus
In numero fratrum numerus sacer est ita plenus
De adventu spiritus sancti in die penthecostes

[C]umque diebus penthecostes festiva instaret
discipulos que ihesu locus omnes unus haberet
A patre descendit super illos spiritus almus
Sicut predixit a longo tempore psalmus
Spiritus igne micans illorum pectora munda
Celitus implevit divini muneris unda
Intonuit magno maiestas illa fragore
Imbuit ora novis linguis et corda calore
Expellens omnes tenebras metus atque timore
Contulit hiis linguas varias fideique vigorem
Omnes ergo sacro flatu virtute repleti
Absque timore dei referunt magnalia leti
Hii qui collecti fuerant nova visa stupentes
Admirantur eos vario sermone loquentes
Estimat hos plenos poti per maxima musto
Ante populum respondit petrus hoc sermone venusto
De sermone petri ad iudeos
[F]ratres qui inde venit de stirpe fuistis
Sobrietas non ebrietas cum requiet in istis
Tercia presentis cum fulgeat hora diei
Nondum tempus adest rorem gustare liei
Sed sacra complentur hoc tempore verba iohelis
Qui fuit extremo de fine propheta fidelis
Ancillas servos que meos in fine dierum
Spiritus implebit reserans misteria rerum
Signa senes iuvenes et multi sic videbunt
Visio divinas et sompnia multa patebunt
Cristo signorum vario fulgore probatum
Fecistis primum damnatum ante pylatum
Cuncta regens genitor deus hunc a morte reduxit
Cui dies eius post mortem tria luxit
Tartara non eius animam poterant retinere
Nec corruptelam potuit caro sancta videre
Ascendit deus in iubilo que dixius ista
De cristo loquitur puer in psalmis citharista
Non david ascendit non est super astra locatus
Sed xpistus dominus eius de germine natus
A dextris residento meis dixit pater isti
Hec david expressit sub hec misteria xpisti
Hiis dictis tetigit multos compunctio mentis
Quorum corda notans petrus instruit hiis documentis
Si veniam petitis in xpisti nomine sacro
Fratres baptismi vos inclinate lavacro

Dona sancti flatus vobis in fonte renatis
Conferet ille deus qui dat sua regna beatis
Vobis et vestris manet promissio facta
Et multis aliis quos flendo gemunt sua facta

De tria milia quesiverunt ad predicacionem petri

Ac in luce sacra tria milia pene virorum
Piscatur christo verborum rethe sacrorum
Abluntur ter mille viri baptismatis vnda
Est caro lota foris intus est anima munda
Credentes igitur vendentes queque habebant
Cum sanctis fieri quia queque volebant
Et quibus erat oracio fractio panis
Sana quoque doctrina resonabat nominale sanis

De claudo nato qui sedebat ad portam speciosam

Templa petunt petrus et christi dilectus ad horam
Nonam ad portam que dicitur esse decoram
In lecto positum claudum videre iacentem
A populo qui templa subit pia dona petentem
Petrus ad hunc loquitur in nos tua lumina verte
Hic aliquid sperans in eos intendit aperte
Non aurum non argentum petrus inquit habemus
Ecce tibi dabimus donum quod habere valemus
Per christi nomen qui rupit vincula mortis
Summe salutis opem sed surge et in pede fortis
Ergo tenendo manum leuat hunc plate solidatur
Exsilit ut ceruus claudus vires reparatur
Plebs stupuit quod cum petrus hac virtute beat
Cui prius a cunctis gressum natura negauit
Statim petrus ad populum fauces in verba resoluit
Quid stupor in vobis animi precordia voluit
Non hec in signo clarescit nostra potestas
Sed ihesus hoc egit quem veteres tenuit honestas
Inter latrones positus qui cruce pependit
In cruce pro mundo qui brachia sancta tetendit
Nunc quoque scio fratres vos non peccasse scienter
Scripta prophetarum non cognouisse patenter
Ergo piis lacrimis vestrum sedate reatum
Ut mundet maculas omnes baptisma sacratum
Hac vice rethe suum petrus traxit milia quina
Et tria per terram didicit transire carina

De comminacione facta apostolis ne predicarent in nomine ihesu

Verbo saduceci simul quoque viri seniores

Indignatur eis quibus impenditur honores
Inde sapiente die cum petro stante iohanne
Claraz pstiterit ipse vultum piuge amne
Inquirunt ab eis in cuius nomine signum
Hoc potuit fieri tarlarp nobile dignum
Reddidit hec petrus in xpi nomine digno
Cum crucis extendit in sancto brachia ligno
Extensis quibus in signum sic ipse volebat
Nos amplexari quos tue mortes redimebat
De quo scriptores legis sub multa locuti
Stans coram vobis est redditus iste saluti
Non aliquis poterat istis obsistere viris
Sz penis illos torquere minantur acerbis
Si quis discipulus in nomine pergerit isto
Hoc nihil hii metuunt proponunt omnia xpo
Per quorum manus hor(um) miracula multa mitebant
Tunc visus hominum metus quos stupore replebat
Et sua vendentes a(n)i(m)as spartfedo lucraunt
Et nil dicentes proprium sanctis sociantur

De morte ananie et zaphire

Vir quidam fallax ananias nomine dictus
Coniuge cum saphira fallente cupidine victus
Vendit agrum partem dat eis retinens sibi partem
Captus avaricie laqueo per demonis artem
Prescius hinc petrus sancta referente zophia
Inquit consentit sathane tua pectus anania
Agri de precio sathanas tua corda fefellit
Et de te de vita xpi vindicta repellit
Corruit expirat vir postquam hec verba loquitur
Et iuuenes tumulo committunt membra iacentis
Vix tres transierant illius temporis hore
Uxor adest cum voce petri percussit ab ore
Dic michi si sit ager collatus tunc tanto
Respondit tanto datus est pro nummo quanto
Dixisti petrus hoc cur mentiri voluisti
Spiritui sancto nec verba dei timuisti
Ecce viri per quos iacet in tellure sepultus
Vir tuus et multus iam nascitur inde tumultus
Te rapient tellure tegent illi sociantes
Corruit illa viri rapiunt illam tumulantes
Nos erat in tumulo vocat ad coniuge nupta
Pulveris et cineris ne sit coniunctio rupta
De qua viri costa quia femina facta probatur

Vir moriens mixta costam sponse tumulatur
Terrorem peperit in multis plaga dicta
Nec plus audet eis se iungere quisque ficta
In Christo domino crescit tamen ordo fidelis
Nec poterat ledi sathane pia pectora telis
Dimisit quibus egrotos quotquot habebant
In lectis in plateis omnibus statuebant
Ut saltem petro veniente det umbra medelam
Infirmis claudis gressum mutis quoque loquelam
Auditum surdis et mundiciam scabiei
Et ceteras frontes ornet fulgore dei

De incarceracione apostolorum et magna contricione eorum

Porro sadducei cum summo presule tacti
Invidie stimulis sunt tempore turbine facti
Iniciunt quoque manus in sanctos in tenebrosa
Carceribus intrudunt arte furentes dolosa
Set celi ianuis per noctem claustra resolvit
Carceribus et vinctos tollens e carcere solvit
Discute quid loquitur scriptura fores patefecit
Non patefecit eis sed eos de carcere eiecit
Nam neque confracta sunt hostia nec patefacta
Integra mansere penitus nec aperta fuere
Angelus eductis sic precipit ut sancta verba
In templo doceant confundat corda superba
Implevit angelicum preceptum templa petendo
Intrat templa docent populum per verba serendo
Inde sacerdotum princeps quidam quoque magistri
Et plures alii seu summi sive ministri
Concilium statuunt de captivis quid sit agendum
Quo facto sit opus quod consilium sit habendum
Mittunt ad sanctos quos clausos esse putabant
Qui tunc in templo vivo sermone tonabant
Qui missi fuerant ad eos rediere stupentes
Ante magistratum manifeste visa loquentes
Carcer erat clausus et clausum vidimus illum
Nec vectes aliquod clavis sensere sigillum
Custodes aderant clausas quoque fores aperimus
Carcer erat vacuus visa novitate redimus
Ecce vir adveniens causam denunciat ipsis
In templo plaudunt in carcere quos posuistis
Doctorum mentes implet hec vox stupore
E templo mitos adducunt absque furore

Quos in concilio statuunt illos prohibentes
Ne sint ulterius de Christo verba serentes
Omnes ex una responsum voce dedere
Qui sunt plena fide non possumus ista tacere
Quem male dampnastis cum porrexistis acetum
Quem perferre crucis fecistis in arbore letum
Pater noster deus hunc a morte vocavit
Ad quam suam dexteram secum super astra locavit
Inde sumus testes et spiritus ille benignus
Qui datur hiis pariter qui desinunt esse maligni
Hii cum predictos sermones audire bibebant
Corde secabantur et in illos dente fremebant

De consilio gamalielis

Surgens in consilio quidam phariseus
Gamaliel legis doctor prudens vir hebreus
Ad breve tempus eos iubet a turba removeri
Credentes insanas ratione volens retineri
Exemplo theode inde quoque viri galilei
Iram compressit monendo quod fuerunt hebrei
Dicens si sit opus istud celeste manebit
Et si sit terrenum nunquam durare valebit
Consensit verba pharisei turba rebellis
Discipulos quos ihesus vocat affligit quoque flagellis
Sic a concilio quod non timuere malignum
Ibant discipuli gaudentes sunt quod digni
Probra flagella pati pro solo nomine Christi
Corde bono vultu leto non pectore tristi

De electione vii levitarum inter quos erat sanctus stephanus primus

Hic crescente fide nimio crescente bonorum
Cetu apostolorum et cetera turba minorum
Elegere viros septem quos gracia vite
Nobilis exornat septem que fuere levite
Symon parmena nicolaus cum nicanore
Philippus prochorus stephanus precelsus honore
Implebat stephanum divini gracia roris
Doctrine virtus fratrum fervor amoris
Qui signis clarus variis in plebe nitebat
Et virtute potens cunctis sacra verba serebat
Contra quem surgunt libertini cirenenses
Ac alii plures asiani ciliacenses
Obsistunt stephano vis hiis sunt sine grano
Semina que spargunt quod corde fremunt male sano

Spiritu sancto stephani qui verba regebat
Et sanctis meritis obsistere nemo valebat
Omnes qui resident in concilio montis tumultum
Angelicum cernunt in eo clarescere vultum
Porro duos testes qui falsa loqui didicerunt
Adversus stephanum turbas turbando steterunt
Blasphemasse ferunt istum moysen quoque deum
Sed stephanus sancto sermone removerat utrumque
Ad celos igitur oculi vertendo lucernas
Cristum conspexit ad dextram stare paternam
Vidit ait quoque poli video secreta patere
Stare ihesum patris ad dextram diadema tenere
Auditum reprimendo suum post verba loquutus
Ad lapides currunt dure consortia gentis
Saxea corda gerens gens perfida saxa revellit
Extra castra virum sanctum lapidando repellit
Sanguine purpureo vir sanctus saxa colorat
Et flexis genibus pro se lapidantibus orat
Criste benigne meo de corpore suscipe flatum
Ne statuas illis opus hoc istud quoque reatum
Nesciit quid faciat plebs dira rebellis acerba
Dormivit in domino post hec pia dulcia verba
Efficiens super hunc pia plebs et credula planctum
Curavit terre corpus committere sanctum
Qui dixere prius in mortem eius mendacia testes
Ad iuvenis posuere suas vestigia vestes
In mortem stephani vestes servando fremebat
Saulus et ecclesiam xpisti vastando premebat

Quomodo Jacobus alphei frater eius episcopus in ierusalem

~~[illegible]~~ Jacobus alphei sancte fit episcopus urbis
Ut regeret et posset que crediderat ibi turbis
Imponendo manus petrus hunc in honore sacrat
Et iacobus cum fratre suo quem xpistus amavit
Inde more tenemus quod nemo sacrari
Debet pontificem solet hac racione probari
Doctores fidei postquam passi gentis iniquae
Preter apostolicum cetus spargitur ubique

De conversione samarie ad predicacionem
philippi et conversione simonis magi

Samariam veniens philippus honore levita
Verba dei docet hic et quomodo sit celica vita

Datque ipsum turbis in cassis predicat urbe
Plurima signa videns credit per maxima turbe
Namque paratus erat sermonem reddere mutis
Et variis egris vires reparare salutis
Dumque docens populis verbis signisque intereret
Credit ille magus Symon tunc nomine inhiret
Et magicas artes et inania carmina spernens
Tingitur atque sacro mundatur plurima cives
Cetus apostolicus exultans plaudere cepit
Verba sacre fidei quia plebs predicta recepit
Missus ad hunc populum lotum baptismate atque
Accedit petrus iacobi cum fratre iohanne
Orant ut super hos manifeste pneuma beatum
Descendat quos abluerat baptisma sacratum
Spiritus his datus est in sacro fonte latenter
Et velut occulte sed nunc datur ille patenter
Imponente manus petro sacroque benigno
Spiritus implebat manifesto pectora signo
Namque loquebatur in apto turba fidelis
Munera largita dei variis imbuta loquelis
Symon perspiciens quod sic tum pneuma daretur
Impositis manibus tanta novitate movetur
Hacque potestatem sibi vult acquirere dando
Sed respondet ei petrus hoc sermone tonando
Sint tua perdicio nobis que dona parasti
Cum vendi vel emi donum celeste putasti
Inde roga dominum talem quoque forte reatum
Dimittat video te cordis felle ligatum
Vos orate ait vir signifer ille magorum
Ut que dixistis michi nil contingat eorum
At petrus et frater iacobi per iam peragrantes
Iherusalem redeunt doctrine verba tonantes

De eunucho candacis regine quem baptisavit philippus. 6

Inde viam qua vir eunuchus abire videtur
Angelico monitu philippus adire iubetur
Candacis regina viri dux vocat istum
Iherusalem stabat que legens in codice christum
In curru residens ysaie verba legebat
De christi morte sed sensum non capiebat
Hec scriptura fuit coram tondente tacetur

Sicut ovis fertur ad mortem nil que loquetur
In currum scandens eunucho singula pandens
Philippus sacrum facit hunc et adire lavacrum
Post hec philippus rapitur spargens sacra verba
Credentes reddens humiles de gente superba
Cesaream subiit ubi dicitur hic statuisse
Hospicium natas et quatuor hic habuisse
Virgineum que ferunt illas servasse pudorem
Has que prophetandi meruisse fatentur honorem

De paulo qui persequebatur ecclesiam dei in conversione eius cui aparuit ei dominus in via cum iret damascum

[H]ystorie textus redit ad tormenta trahebat
Christicolas saulus quod zelo legis agebat
Scripta sacerdotum per castra per oppida gestans
Hos trahit hos torquet pia corda furore molestans
Dum que viam teneret cedes siciens et anhelans
Hunc ihesus infrenat fidei secreta revelans
Emicat e celo lux prosternit que furentem
Alloquitur que ihesus isto sermone iacentem
Cur me saule premis cur in mea membra furorem
Exerces animi mestus statuendo terrorem
Est durum contra stimulum tibi tendere calcem
Ne mea membra seces resecante comprime falcem
Iste quis es domine respondit sum ihesus inquit
Quem timor invadit frontem que lucerna relinquit
Cecum fronte ihesum videt intus lumine mentis
Inquirens quid agat intendens verba loquentis
Cui ihesus inquit abi surgens urbe que subintra
Dicetur que tibi si quid oporteat intra
Cum saulo comites aderant stant corde trementes
Aure sonum capiunt sed nullum stare videntes
Ceco dando manus accedunt menibus urbis
Intrat cum saulo mirantibus undique turbis
Nil vidit nil gustavit tribus ille diebus
Sed mens eius erat divinis dedita rebus
Creditur hoc triduo secreta poli didicisse
Nec sibi doctorem nisi sanctum pneuma fuisse

De anania qui missus est ad saulum

[H]ac vir in urbe fuit ananias nomine dictus
Pectore sancte fidei galea que salutis amictus

Hinc ihesus apparens in visu precipit ire
Ut saulum quereret et inde tecta subire
Audivi domine respondit quod mala sanctis
Intulit iste tuis tormentis carceris nexibus
Cui rursum dominus noli mea iussa morari
Ad bona proficiens iam desinet iste minari
Vas erit electum michi nobile vas et honoris
Et cognet quid homines fornax paciencia laboris
Coram principibus et regibus absque timore
Deferet ille meum nomen in corde in ore
His dictis vir iustus abiit sacra iussa secutus
Imponensque manus saulo sunt ista locutus
Frater saule ihesus qui celitus est tibi visus
Ad te me misit ut reddat tibi visus
Ex oculis eius quasi squame tunc cecidere
Et clare meruit foris intus quod videre
Postquam subito sacrum devote mente lavacrum
Et vires mentis recepit sumptis alimentis
Qui fuerat saulus iam verso nomine paulus
Predicat iste fidem populo qui degit ibidem
Concipiunt quod novum fuctoris corda stupore
Et christi nomen commendet et eius honorem
Porro damascenum fervente pectore stridet
Insidiasque parat ut eum capiendo trucidet
Nocte dieque fores observat ut teneatur
Ut vinctus manibus et cernat et puniatur
Sed pauli socius hec cum nota fuere
Dimittunt quod virum per murum quod potuere
Non modo contingit hoc sed cum redit ille secundo
Non cessat christi magnalia spargere mundo
Paulus liber adit dimissis rebus adheius
Iherusalem se christicolis coniungere querens
Sed sancti nolunt illi prebere favorem
Credentes quod adhuc teneat sub corde furorem
Vir prudens ortus cipriensis honore levita
Cuius erat sermo discretus et inclita vita
Indicat hinc coram petri fratre iacobique
Et laudes et opera pauli declarat utrique
Cum quibus et mansit paulus ter quinque diebus
Et mens eius erat divinis dedita rebus
Plurima circuiens loca celica verba ferebat

Iudeis quoque loquens illorum vana premebat
Surgit in hunc igitur rabies fervoris hebrei
Huic quoque necem parant tam scribe quam pharisei
Sancti vitantes hostiles insidias turbe
Hunc tarsim ducunt in qua genitus fuit urbe

De Enea quem petrus curavit

Nunc redit ad petrum sancti narratio luce
Cuius signa micant celesti splendida luce
Venit apud lydam petrus invenit quoque iacentem
In lecto miserum virtute salutis egentem
Cui petrus inquit enea surgens lectum tibi sterne
In te descendat pietatis dona superne
Post istas voces est redditus ille saluti
Et cives multi fidei sunt verba secuti

De suscitatione thabite per petrum

Extitit in ioppe devota puella thabita
Nomine plena fide studiis quoque piis redimita
Vestibus et tunicis viduas inopes quoque tegebat
Claudos mendicos victu pietatis alebat
Egrotat moritur petro veniente revixat
Cui petrus in celos defigens lumina dixit
Surge thabita tibi reddatur vita puella
Cui mortis solvendi concessit vincula sigillum
Ista levans oculos viso doctore resedit
Et viso signo populi pars maxima credit
Symonis hospicio coriarii quem sepe paravit
Tempore non modico petrus ingrediens habitavit

De discessu petri et conversione Cornely

In terra cesaream vir erat cornelius orans
Sepe deum miseros inopes miserans et honorans
Angelicam cernens videt hic mire speciei
Post horam septimam cum nona fit hora diei
Audit dicentem sibi corneli tua vota
Res quoque date miseris hec omnia sunt mihi nota
Dona tue quoque preces domini meruere favorem
Diligit hic hylarem celerem quoque bonum quoque datorem
Mitte voca petrum qui simonis ede moratur
Simonis illius per quem corium renovatur
Hic petrus quid agas dicet tibi te quoque docebit
Audituque tuum blando sermone fovebit
Post hec vero viros vocat ille deum metuentes

Cum petrus quererat ad eum sua vana ferentes
Orans petrus erat celos penetrans prece nuda
Esuriit et petit ut panis sibi detur et unda
Mentibus in excessu sic celum vidit apertum
Et sibi submissum vas omni carne refertum
Vox descendit ad hunc de sedibus ista supernis
Macta manduca petre que pre cunctis cernis
Petrus respondit numquam communem comedi
Et vox rursus ait non dixeris hoc sed obedi
Vas est demissum vox auditur vice terna
Postquam petrus recipi vas vidit in arce superna
Denique petrus intrat tres ecce viri properantes
Ad petrum tendunt ad symonis hospicia stantes
Spiritus inquit ei non hiis timeas sociari
Paret abit petrus nolens post ista morari
Intrat cesaream cornelius obvius exit
Et que proposuit petrus sua visa retexit
Os aperit petrus fidei sacra verba serendo
Christi virtutes et christi signa loquendo
Cum christum pepit sic sancte virginis alvus
Cum flos virgineus fuit hac in virgine salvus
Cum christus surgens postquam lux tercia luxit
Ascendens celos secum de morte reduxit
Dum quod petrus loquitur datur illis neuma bonum
Auditum quorum cordis fuit ad verba patronum
Gentiles quod nomen linguis sacra verba serebant
Iudei quod petrum consortes inde stupebant
Cum deus in gentes etiam sua munera misit
Et sibi convertens gentilia corda revisit
Concilis quod viri subierunt baptismatis undam
Per baptisma sacrum morte vitando secundam
Nec paucis mansit petrus hac in sede diebus
Instituens populi divinis pectora rebus
De sedicione facta petro cum transiit ad gentes
et excusacione eius per illa que vidit
Cum rediit inde petrus consurgit in illum
Murmur hebreorum non nimium habendo pusillum
Inde quod electos populi gentilis adisset
Cum quibus intrasset gustasset sive bibisset
Sed petrus exponens que vidit que bona gessit
Et vas quod vidit illorum verba repressit

Porro qui fuerant dispersi tempore primi
Martiris, electi doctoribus testis opimi
Non nisi Iudeis doctrine verba serebant
Gentili populo sacra spargere verba timebant
De quorum numero quidam Cypri Cirenei
Anthiochi subeunt urbem cum laude trophei
Quorum sermones urbs Anthiocena recepit
In qua Ierusalem populi pars maxima credere cepit
Barnabas huc missus a Ierusalem vir honestus
Vir sensu prudens primus in sermone modestus
Ad dominum cultus multos convertit ibidem
Ut que fides crescat Paulus sociatur eidem
Per quos dies anni duo conversantur in urbe
Multa seges crescat et multe copia turbe

Quod Agabus propheta famem futuram predixit

Agabus certe famem predixit in urbe futuram
Iudee plebi multas clades parituram
Contigit illa fames multis pariens grave dampnum
In regni quarto dum claudit Claudius annum
Contra tela famis tunc collectam statuere
Pauperibus que datur quos cernunt rebus egere
Hoc spacio proceres Herodes misit iniquos
Ut sanctos premat et Christi perdat amicos
Iudeis que placeus monitu livoris hebrei
Maiorem Iacobum gladiat natum Zebedei
Ut que magis foveat Iudee plebis amorem
Dat Petrum vinclis eius sitiendo cruorem
Vincit eum · dat custodes · in carcere claudens
Post Iudeos de tanto principe gaudens

De tribus Herodibus primus Aschalonita cum Antipatre etc.

Quod tres Herodes fuerunt Iosephus narrat
Primus qui pueros necat · et loca multa molestat
Herodes alius fuit ex isto patre natus
Cui pacem fecit in Christi morte Pylatus
Tercius Herodes rex est Agrippa vocatus
Natus Aristoboli per multa pericula rotatus
De tribus his ter misit habens · si scripta recitas
Et per eos cedes Christo cum sanguine citas
Herodes primus misit pueros que necavit
Quos infans Christus preciosa morte sacravit
Filius Herodis misit tenuit que Iohannem
Quo prius Ihesus baptismi consecrat amnem

Tercius herodes misit iacobum quem peremit
Cum vitam gladio non celi lumen ademit
Hic perimere petrum post festa pasche volebat
Sed temerare dies festos hac rede timebat
Stellarum speculo noctem precedens radiabat
Ante diem qua rex petrum perimere parabat
Angelus ecce dei veniens cum luce serena
Eduxit petrum duplici soluendo catena
His modo ditatur et gaudet roma catenis
Prodest illarum vigor egrotis et egenis
Angelus illius tetigit latus ista loquendo
Sume tibi caligas vestem tibi stringe sequendo
Paret abit sequitur sed que sit visio nescit
Donec procedunt et ferrea porta patescit
Angelus abscedens petrum post ista reliquit
Expulso cum metu petrus redit ad cor et inquit
Nunc didici vere quia de celo michi misit
Angelicum dominus rex summus me quem retrusit
De cuius manu valida subtraxit regis iniqui
Liber et illesus in carcere vincla reliqui
Inde petrus properat portam pulsando marie
Que marci fuerat genitrix et plena sophie
Pulsantem rode sentit nec vult aperire
Sed tardans pre leticia retro properat ire
Nunciat hec cunctis quia petrus ad hostia stabat
Et rigide pulsando fores intrare parabat
Insanis dicunt aut angelus eius habetur
Sed vere petrus est hec affirmando fatetur
Petrus adhuc pulsat aperitur porta videtur
Agnoscunt petrum tanta novitate stupentes
Annuit ut taceant petrus indicat de quod egit
Qualiter ad templum dei hostica vota redegit
Herodem vitans petrus ipsa nocte recessit
Sed rex herodes non iram corde repressit
Tristicia luce oritur quoniam illud saviat ira
Sed petrus evasit et fit turbacio dira
Custodes mandat capiens hinc subire penam
Sed reprimit vires divina furoris habenam
Namque necesse fuit ut cesaream properaret
Ac tyriis et sidoniis nova bella pararet

Ast hic per blasphemum peccatum regis arripiad
Iam pace quoque petito sibi conciliat inimicos
Porro sequente die speculo surgente diei
Induit herodes vestes mire speciei
Conscendit que thronum gemmis auroque nitentem
Demulcens viris populum sibi mira canentem
Namque dei laudes et non hominis simul illi
Acclamat homines seu magni sive pusilli
Dum sic humanos grata bibit aure favores
Et sibi divinos ascribi gaudet honores
Funiculos stantem bubonem vidit et inquit
Ecce deus vester morior me vita relinquit
Nam post quinque dies se cognovit moriturum
In quibus hunc torsit tormentum flebile durum
Viscera corrodunt vermes fetor replet ora
Et sic extrema moriens expirat in hora
Regno successit prius post funera natus
Non tamen herodes fuit hic sed agripa vocatus

De predicatione pauli et barnabe et contradictione
Elime magi et cecitate eius et de conversione
pauli proconsulis a quo similiter dictus est paulus
qui a cecitate conversus convertit

Nunc redit historie textus duos quos deitatis
Spiritus elegit sacra verba serere pietatis
Spiritus almus eos docet ascendunt que carinam
Ad cyprum tendunt post intrantes salaminam
Edocet hos paulus proconsul sergius audit
Et de voce tanta dulcedine plaudit
Obstat eis elimas magus utens arte rigenti
Cuius verba premit paulus sermone decenti
O fili sathane qui verba sacrata repellis
Vox tua plena dolis est tincta nigredine fellis
Ultio te feriet et frontis luce carebis
Tempore nec ad prius lumen solare videbis
Hiis dictis sequitur velox et congrua pena
Ulcio procedat cum celesti fronte serena
Proconsul paulus opus hoc mirabile cernens
Credidit in christum mirandam fruivola spernens
Et quia conversus fuit hic quasi sergio paulus
Nomen habet pauli qui dictus erat modo saulus
Post hec cum sociis paulus loca plurima visit
Ac ibi verba serens per sabbatha multa remansit
Verba serens fidei cuius misteria cunque

Disserit et xpi nomen diffundit ubique
Barnabas et paulus populis sacra verba serebant
Contra quos ambos ceperunt surgere gentes
Quidam iudei nimio livore frementes
Multos ad xpm viri de fere trahebant
Sancti respondent iudeis ista loquentes
Verbum respuitis immo convertere gentes
Gentibus ergo sancti dispergunt semina xpi
Credunt gentiles desistunt esse superbi
Quidam iudei sanctorum spernendo loquelam
Inter se grandem facientes inde querelam
Quasdam personas et prudentes et honestas
Feminei sexus illis fecere molestas
Eiciunt quos urbis sitos de fine locorum
Illi discedunt vitantes bella malorum
Iconium veniunt excusso pulvere plantis
Multos convertunt domini virtute manantis
Per quem manus horum fulgebat pluria signa
Sed multi surgunt in eos de parte maligna
Sancti diffugiunt listram derben que petentes
Christi virtutes et verba beata serentes
Claudo cui gressum semper natura negabat
Paulus ibi virtute dei plantas solidabat

De sacerdote Iovis qui voluit sacrificare paulo et barnabe

Urbe turbatur signi novitate movetur
Esse deos inter homines utrosque fatentur
Et paulus genitor ai qm iovis esse probatur
Barnabas ipse simul et iupiter esse putatur
Mercurium quoque vocant paulum quia more patris
Ille iuvat miseros pia verba monens docuit
Presbiter ipse Iovis cum turbis serta ferebat
Et quasi diis tauros et oves offerre volebat
His visis illi populo responsa dedere
Quid fratres agitis debetis falsa cavere
Nos sicut vobis sumus expertes deitatis
Non igitur nobis mactare boves studeatis
Est deus in celis cui debent sacra parari
Cui mare cui celum cui terra solet famulari

De separatione barnabe et pauli

His actis ex Iconio venere prophani
Quidam perversi sensu capitis malesani
Insidias paulo tendunt ipsum lapidantes
Discedunt aliam paulum vomuisse putantes

Sz paulus surgit dum pellit sidera celi
Postera lux abijt socio comitante fideli
Per loca multa dei verbum spargendo loquuntur
Et multe gentes illorum verba sequuntur
Postque dies aliquot isto sermone sodalem
Alloquitur paulus sibi pre cunctis specialem
Nam pauli socius vult marcum sumere secum
Cui sic paulus ait istud non arbitror equum
Nos quia deseruit nolens suffere laborem
Cum nullum mortis deberet habere timorem
Est ubi istorum dissensio facta duorum
Assumitque novum socium sibi quilibet horum
Dimissisque locis abeunt vni sociatur
Marcus predictus paulum que silas comitatur
Ingrediens cyprum cum marco predicat iste
Paulus apud siros spargit tua semina christe
Spargit et in listris verbi dona sacrorum
Illic servari decreta iubens seniorum
Filius hic vidue vir honestus erat timotheus
Gentilis fuerat et non pater eius hebreus
Cui concedit cum fratrum gratia morum
Testando perhibet multorum lingua virorum
Ergo videns paulus quod sit persona benigna
Circumcidit ei carnem pro plebe maligna
Namque fuit certum iudeis hunc habuisse
Patrem quem constat gentilem carne fuisse
Hunc secum socians transit loca multa serendo
Verba dei multos sermonum multa docendo
Cum sancta verba loqui deus disponit asianis
Spiritus hos perhibet ne fiat fructus inanis
Vel quia discipulis aliis suada fuisset
Plebs asye fieri nec spiritus hoc voluisset
Ubi lucas primo sociatus est paulo
p Aulo vir macedo post hec in troade paret
Stans paulumque rogavit ut se socios comitaret
Comperit hinc paulus ut partes tendat ad illas
Ad lucem fidei trahat urbes oppida villas
Post missum pauli ceteri contendimus ire
In fines macedum urbem philippis adire
Se socium pauli lucas hinc primo fatetur
Ordine tunc facto cuius nomen reticetur
Intrantes navem samotraciamque venimus

Urbem philippis in luce sequente subimus
Orantes extra portam prope flumen eamus
Turbas femineas que convenere vocamus
Stans ibi lyda fuit que vestes texere norat
Purpureas. pauli vox eius viscera movit
Baptismum recepit fit ab omni crimine munda
Hospitat hanc per quam fit pura fluminis unda

De eiectione phitonis

Obviat hinc nobis phitone repleta puella
Dans pluribus dominis lucrum divinando novella
Illa sequens paulum fantes in verba resolvit
Isti sunt homines quorum vox vera revolvit
Isti sunt servi domini qui cuncta gubernat
Nullus vir prudens illorum dogmata spernat
Hii de divinis spargunt sacra semina rebus
Multis clamabat hec illa puella diebus
Compaciens paulus crucis impresso sibi signo
Hanc virtute dei curavit ab hoste maligno
Illius domini sua lucra perisse videntes
Accusant illos populos clamore moventes
Plebs commota fremit pauloque sileque rebellis
Illis diripiunt tunicas cedendo flagellis
Traduntur vinclis in carceris yma reclusi
Plaudentes quod deo sunt isti vocibus usi
Laus tibi summe ihesu per omnia nocte penas
Vincla minas patiuntur tormenta pedica catenas
Noctis circa medium ad fundamenta moveri
Carceris incipiunt. omnes que timore teneri
Ad terre motum nutu summe deitatis
Hostia cuncta patent solvuntur vincla ligatis
Ista videns custos cunctos fugisse putabat
Et rapiens ferrum pectus gladiare parabat
Exclamat paulus nichil efficias tibi triste
Non aliquis fugit nos carcer continet iste
Iste stupens limen que petens cum luce serena
Carceris yma subit noctis caligine plena
Post lavacrum mensam posuit sanctos que refecit
Et que inserunt pandentur singula fecit
Lictores ad eos mittunt mane magistri
Educat ut eos missi venere ministri
Paulus celesti virtute per omnia tutus
Illis constanter sunt hec nova verba locutus

Romanos homines nunc dampnatos sine causa
Hos plagis lacerans pariter manus heu nimis ausa
Eiciant ipsi non nos clam sed manifeste
Verba magistratus hec suscepere moleste
Illos terret enim romanum nomen honoris
Et Rome princeps fuit illis causa timoris
Eiciunt igitur illos ex urbe precando
Nulla flagella viris et verbera nulla minando
Erupit verba dei paulus quoque silas quoque ferebant
Et multos ad se sexus utriusque trahebant
Quoniam nimis in paulum desevit livor hebreus
Deserunt quoque silas paulum simul et timotheus

Qualiter paulus profectus est athenas et de ara ignoti dei

[Q]uidam cum paulo socii tendunt ad athenas
Plenas philosophis sed vere lucis egenas
Cum quoque sila paulus timotheum mandat adesse
Nam cum pluribus erat hic pugnare necesse
Assunt cum paulo serit hic populo nova verba
De qua nova fructus prorupit plurima herba
Ignoto quod deo fuit illic ara dicata
Servavit hunc titulo plebs illa deo male grata
Hunc inquit paulus vobis annuncio cives
Qui deus est verus solus super omnia dives
Ipse regit celos et in ipso quicquid movetur
De celis hunc ad terras venisse fatemur
Quem sine peccato concepit virginis alvus
Cuius morte sacra moritur mors et homo salvus
Post mortem surgens ad terra lux meat orbi
Per cuius nomen curantur vulnera morbi
Celos ascendit sedet ad dexteram genitoris
Post vite cursum nostri medicina laboris

Quando ara consecrata sit historia non [?] ideo nostrum est supplere

[D]um christus patitur mundus caligine totus
Inruit tenebras sol est a luce remotus
Ipsi philosophi qui versabantur athenis
Et tantas tenebras oculis hausere serenis
Contra nature cursum per climata mundi
Tam densas tenebras mirantur ubique refundi
Dicunt quod deus est nature qui patiatur
Et deus ignotus hac de ratione vocatur
Predicat hunc paulus quod sit deus hic passus

Ad cuius vocem conversus es o Dionisi
Credis et o Damaris cuius morum gratia ditat
Quam sponso Christo Pauli doctrina maritat

De conversione Dionisii ariopagite quem
paulus athenis ordinavit Episcopum

Ir prudens Dionisius florebat athenis
Doctrina clarus prius et dulcedine lenis
Cum paulo de doctrinis dei disserit iste
Et paulus reddit tanto rationes sophiste
Cecus iter carpens oculis occurrit eorum
Cuius frons orba fuit oculorum luce duorum
Vir predictus ait paulo sub nomine Christi
Luminis aspectus si ceco redditur isti
Credam si magicos fugiat tua vana vigore
Si cecus videat Christi virtute nitorem
Forma fit hec igitur verborum suscipe visum
Si deus est Christus si dat iustis paradisum
